

Pra. 17. num. 14. 22.
10
DISSERTATIO JURIDICA

DE

1702. 9

APPELLATIONE RESCRIPTO PRIN- CIPIS REMOTA

Quam.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDER. WILHELMO

REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS
ET PROVINCiarVM HEREDE &c. &c.

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

JACOBO BRUNNEMANNO

JURIUM LICENT. ET PROFESS. PUBL. EXTRAORD.

D. May. MDCCII. H. L. Q. C.

Eruditorum disquisitioni subjcit

CHRISTIANVS ANDREAS VOSSIUS

Sehus. Palæo-Marchicus

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis Ioannis Grunerij, Acad. Typogr.



ADIEGUE DE MURICE

AENEAS AGITONE
CIBS REMOTA

RECITATIONE MAGNIFICENTISSIMO

TRADITIONE PRINCIPALI AC DOMINIO

OMNIBUS VITIS ET VIRTUTIBUS

CHRISTIANIS IN HONOREM NOSTRIS

ET TERRITORIIS TERRITORIIS

REGALIS BRUNNARIA

CHRISTIANA ET CIVILIS

SCIENTIA ET PRAECEPTA



Q. D. B. V.

CAPVT I.

De,

APPELLATIONE PER LEGES ET
PACTA REMOTA.

SUMMARIA.

Negotia & res humanae vicissitudinibus obnoxia, ut ab initio bone declinet ad malum, exemplo beneficij Appellationis. §.1. Autores qui de Remedib[us] abusus Appellationum scripserunt, in specie Dn. Hugo. ibid. Protelatio Processuum ex quibus Appellationibus potissimum metuenda sit. §.2. ambages Processuum unde? ibid. Miseria bodierni Processus verbis aliquujus Politici describitur. §.3. Major prolixitas Processuum metuenda foret, ni ab aliquibus Appellatio ad Cameram remota esset. §.4. Appellatio ad Cameram removetur in terris Electoralibus. §.5. An novus Elect. Hannoveranus etiam hoc jure utatur. §.6. Par jus quo ad remotam Appellationem ad Cameram possident omnes Duxes Saxonie. §.7. Exceptis non nullis Episcopatibus eorum. ibid. An Austriae etiam hoc jure de non Appellando fruantur? §.8. In terris Regi Sveciae cessis non appellatur ad Cameram. §.9. Reliquorum Statuum subditis Appellatio ad Cameram non est prohibita, si Processus summam ap-

A 2 pelia.

CAP. I. DE APPELLATIONE

4
pellabilem transcendat. §. 10. Summa hec variat, Autores de illa. In Provinciis Brandenburg, qualis? ibid. Quid si Princeps disponat subditos, ut Appellacioni ad suprema iudicia renuncient? §. 11. Hoc ipsis licere concluditur ex causa impulsive fundationis Cameræ. eod. §. Confirmatur ex superioritate Statuum territoriali, hodie plenissime Statibus per L. L. publ. acquisita. §. 12. Illustratur exemplo Pomerania Regio-Prussica sponte renunciantis Appellacioni ad Cameram. §. 13. In Causis spiritu-alibus appellatio ad Cameram remota est per leges. §. 14. Idem dicendum de Causis iis annexis, Canonicatis, Prebendis &c. §. 15. item in Causis Matrimonialibus. §. 16. Criminalibus ad Cameram non indulgetur. §. 17. In quibus causis jure civili Appellatio removeatur. §. 18. Removetur Appellatio a sententia interlocutoria. §. 19. In Processu Possessorio, praxi tamen admittitur, nisi sit summariissimum. §. 20. Remota Appellatio, separates eidem renuncient. §. 21. Cautela circa renunciationem appell. Creditori contra debitorem observanda, ibid. Preter has causas sepius Princeps removet appellationem. Rescripto. §. 22. Connex. cum Cap. 2. ibid.

§. I.



Vid fatum solet esse rerum ac negotiorum humanorum, ut, pro varia indole ac figura eorum, paulatim illa, quæ sapientissime & in usum ac salutem plerorumque sunt instituta, degenerent & aberrent plane a laudabili suo initio, & primæva, ut ita dicam, ingenuitate ac innocentia; idem experientia toto veluti die testatur, de salutari alias beneficio Appellationum, quod illud nunc in tribunalibus plerisque ac foris non solum multis

PER LEGES ET PACTA REMOTA.

5

tis gravissimis abusibus sit obnoxium : sed etiam pro
telationes processuum, non sine miseria litigantium,,
quoad bonam partem inde derivari posse. Hinc acer-
bæ quærelæ de anfractibus & ambagibus processuum,
ubi teste notoria observantia , jus liquidissimum per-
multa lustra eludi potest , audiuntur saepius ; adeo ut
nonnemo satis acute , æque cognitum in foris dicat es-
se usum *L. properandum 13. Cod. de Judiciis* (ubi Processus ul-
tra triennii metas trahi prohibentur) & *capitis secundi*
Legis Aquilie, aut L. Eliae Sentie. Nec minus cordatiorum
ICtorum haud pauci solliciti fuerunt , ad obicem huic
malo ponendum , prolatis in medium variis consiliis &
remediis, quorum observatione abusus Appellationum
tolli posse persuasi fuerunt. Omnes autem in hoc ge-
nere superare mihi videtur , ob limatum judicium usu-
rerum forensium subfultum, tractatus Viri summi , & il-
lustris Vice-Cancellarii Hannoverani , Dn. Ludolphi
Hugonis , *de abusu Appellationum tollendo.*

§. II. Inprimis vero incommoda & abusus Appel-
lationum incrementa sumere, facile conjicere licet, si tri-
bunal, ad quod post varias instantias & mille labores
exantlatos, ultimo provocatur, non solum remotissi-
mum sit a foris ubi processus pependit haec tenus, sed et-
iam ob actorum molem, negotiorum multitudinem , &
judicantium paucitatem , toediosissimum & lentissi-
mum modum procedendi observet , imo positis illis
circumstantiis observare necesse habeat, ut haud raro
nepotum & pronepotum turba demum exitum videat
(si modo videat, & non plane res in vado hæreat) illius
processus, quem eorum Avi aut proavi inchoarunt. Equi-
dem felix foret Germania, si adhuc brevi simpliciç; pro-

A 3

ce..

6 CAP. I. DE APPELLATIONE

cedendi modo, qui Romanæ Reipublicæ tempore in usu fuit, conf. Obrechti *specimen Processus Romani*, Polleti *historia fori Romani*, Excell. Dn. Jo. Sam. Strykii *Diss. de Processu Vet. Roman.* gauderet; Verum ille cum receptione juris Romani non simul tribunalia occupavit; quin potius loco ejusdem, multis ambagibus & meandris implicita procedendi forma, ex libro II. Decretalium potissimum hausta, placuit, haud dubie ob superstitionem seculi, & quia Pontificis etiam intererat suis Decretalibus confusionem intrudere mundo, uti Conringius hoc *in tr. de Orig. jur. in Germ.* passim indigitatum ivit.

§. III. Videtur vero mihi vivis coloribus depinxisse miseriam hodiernorum Processuum, Politicus non vulgaris, Forstnerus *in not. polit. ad Tacit p. 220. seq.* cuius verba adferre, ob nervosam elegantiam, forsan non praeter rem erit. Nunc, inquit, ad litium diuturnitatem transeo, quam alteram iustitiae pestem dixi. Aeterna hodie sunt iurgia, ut sic cum sumptibus si conferenda molestiarum ratio gravius putas sic vincere, quam confessim damnari. Articulatum glente hos discerpunt, qui semel perire potuerant. Sepe itur ad judices, causa narratur, aliquot anni abeunt, nec dum contestatio litis facta est. Omissò litigioso negotio hærent Patroni in causis minoribus, que nunc sponte, nunc eorum studio nascentur e prima. Sic dubia ex dubiis seruntur, sic immani dilatione pereunt litigantes, magna in insontes inopesque injuria. Nam qui in divitem inimicum pauper inciderit, tam longo & sumptuoso iterare conficitur. Ne quære cur tam diu judicibus placeat & Patronis ad se delatos cruciari. Nempe ex mora & tempore sua opera estimatur. Sic Patronis, inquam, crescit, sic judicibus merces. Multa scripsisse, multa audiuisse, acerrime vendunt, eo peiores, quod que peccant, ipsi iustitia imputent. Rem acu, quod ajunt, tetigisse, expe-

PER LEGES ET PACTA REMOTA

experientia cuivis facile perfadebit. Interim tamē fateri & illud necesse est, quod primaria longævitatis processuum causa, inter alia etiam, ex abuso Appellationum momentum & incrementum sumat.

§. IV. Ergo inter tot mala quibus Diva Themis luctatur iu Germania nostra, illud levaminis bonis avibus introductum est, non parum ad abbreviandas lites faciens, quod in nonnullis Causis plane non appellatio admittatur, in nonnullis restricta sit. Nimirum Appellatio potissimum duplex in foris & territoriis Statuum deprehenditur. Una est quæ fit ab inferiori ad superiorem judicem in eodem territorio, eademque Provincia sive sub eodem Principe; altera vero, quæ ad Cameram Imperialem, sive quod curiae habet concurrentem jurisdictionem, Dn. ab Andler. *Jurispr. lib. 2, tit. 1. p. 1. §. 10. 36.* Mauritius *Diss. de Judic. Aulic.* §. 12. Schütz. *J. P. Vol. 2. Diss. 3. §. 2. lit. B.* Judicium Aulicum, devolvitur. Quia autem partim propter territorium v. c. Electoratum, partim propter causas ipsas, Appellationes nonnullæ ad Cameram vel judicium Aulicum sunt remotæ; præterea nonnullæ in ipsis Statuum territoriis prohibitæ, ordine nunc illæ recensendæ erunt.

§. V. Ab initio quidem Electores omnes, Ecclesiastici & Seculares gaudent privilegio de non Appellando. Indulxit iis hoc beneficium, una cum multis aliis, Imperator Carolus IV. Conditor *A. Bullæ* in eiusdem *tit. u.* Ubi notandum, quod Ecclesiastici Electores non semper constanti serie hoc privilegio usi sint, sive quod benignitatem crediderint, subditis suis potestatem appellandi indulgendi, sive, quod sumptibus in Revisorium tribunal, suis in terris erigendum impendendis
hoc

8 CAP. I. DE APPELLATIONE
hoc modo parcere voluerint. Sic olim Elector Moguntius appellatem indulgebat, si causa pretium 400. fl. excedebat, vid. Thurl. Mainische Hoffgerichts Ordnung. Tit. von welchen Urtheil ac. Joh. Limnaeus J. Publ. Lib. 3. cap. 4. n. 7. Hodie vero jure Appellandi plene utitur teste Jac. Blumio Process. Cameral. tit. 47. tab. 1. Trevirensis ArchiEpiscopus & Elector autem adhuc hodie abstinet usu hujus privilegii, vid. Blum. l. c. num. 43. citra dubium ob vicinitatem Cameræ Imperialis, uti conjicit Burgoldensis, (sive quod verum ejus nomen est) Oldenbürger, ad Instrum. Pac. p. 2. Coloniensis Elector, 1653. privilegium de non Appellando in usum iterū revocare annixus est, verum cum status deprecarentur sumptus in futurum judicium revisorum impendendos, permisit appellationem, si summa super qua litigatur 1000. fl. transcendat. Dn. Schwed. Jur. Publ. Part. spec. cap. II.

num. 2.

§. VI. Reliqui Electores seculares constanter sue jure usi sunt, nec subditis in Electoratu habitantibus permiserunt, a se per modum Appellationis causam devolvendi ad Cameram. Just. Theod. Sprenger. Inst. J. Publ. Lib. 2. cap. 29. Rumelin, ad A. Bull. p. 2. D. 2. th. 2. Co-hæret enim hoc jus de non appellando Electoratu, & commune est omnibus Electoribus. Unde & Bavaria Dux, postquam membrum Collegii Electoralis factus est, eo ipso etiam Privilegium hoc dignitati annexum obtinuit. vid. Rodinus Pandect. Camer. lib. 1. tit. 20. Hinc Electori Hannoverano etiam idem jus quæsitum esse, ex tempore scilicet, quo ab Imperatore hac nova dignitate Electorali investitus est, nec speciali concessione opus habere, sat clare innuit A. Bulla Cap. XI. Art. ult. Ceterum quæ

PER LEGES ET PACTA REMOTA. 9

quæ de Electorum jure de Non-Appellando in genere diximus, ultra Electoratum quatalem non extendenda sunt, cum in reliquis Provinciis, juxta summam in Privilegiis obtentam, Appellatio ad Cameram admittatur.

§.VII. Electoribus autem adjungi quoad exercitium hujus juris merentur *Duces Saxonie*. Nam hi iam ab Imperatore Sigismundo impetrato, postea ab Imp. Ferdinandō I. confirmato privilegio gaudent, ut ab iis ad Cameram Appellatio non permittatur, Knichen. *de Sax. non provoc. Jur. & Privileg. ad verb. privilegium. Carpz. Diff. de Jure ac Privilegio Electorum Ducumque Saxoniae de non appellando.* Atque hoc jure Saxonico uuntur omnes *Saxoniae* Duces, etiam in locis in quibus jus civile obtinet, ut in ditione Coburgensi & Hennebergensi, usque ad Sylvam Thuringicam. *Adr. Gylman. tom. 3. Symphor. Cameral. f. 31. & 274. Limnæus tom. 4. addit. ad Jus Publ. lib. 3. c. 10.* ubi iis etiam respondet, qui putant, hoc privilegium fuisse tantum concessum & extensum ad ea loca, ubi ius Saxonicum viget. Interim tamen negari haud potest, quod incolæ Episcopatum Saxoniæ, nimirum, Numburgensis, Martisburgensis & Misnensis provocare & appellare possint ad suprema judicia, Cameram Imperialem & judicium Aulicum, conferantur *Acta 1692. in Aula Cesarea in Puncto vot. & sess. in Comit. horum Episcopat. apud Cassandr. Thucel. in Elect. Jur. Publ. Curios. Cap. 8. §. 5. p. 322. Carpz. alleg. Differt. Cap. V. §. 56. seqq.* licet praxis huius appellationis fere ignota sit.

§. VIII. Pari iure cum Ducibus Saxonie frui *Archiduces Austriae* dicuntur. Atque hoc refertur Diploma Caroli V. de Dat. Brussel. 1522. 28. Mart. & ejusdem Diplo-

B

ma

10 CAP. I. DE APPELLATIONE

ma de d. Augspurg. 1530. apud Limnæum J. P. L. 5.
cap. 2. §. 33. Notabile tamen est, quod Blumius
afferat in *Process. Cam. tit. 47. tab. 3.* Privilegium illud qui-
dem Cameræ insinuatum fuisse, sed ab eadem nec dum
receprum aut confirmatum esse. add. Röding *Pand.*
Cam. lib. 1. tit. 20. p. 308. De *Wurtenbergia Ducibus* testatur
etiam Myler. ab Ehrenbach in *not. ad Rumelin. p. 2. D. 2.*
quod privilegium de Non-Appellando ab Imperatore
Maximiliano I. in Comitiis Vormatiensibus 1495. impe-
traverint. add. Casp. Klock. *Diss. in ang. de Regal. dign. cap.*
1. §. 66. De Comite, vel hodie Principe, Frifia Orienta-
lis idem afferit Rumelinus *ad A. B. p. 293.* cum cuius te-
stimonio tamen conferendus est Blumius *l. c. p. 362.*

§. IX. Sic etiam Appellatio ad Cameram remota
est vi Instrumenti Pacis Westphalicæ *Artic. 10. §. 12. in-*
terris Germanicis Regi & Corona Svecice nexus feudali
concessis, nimirum ratione Ducatus Bremensis, Ver-
densis, Pomeraniae citerioris & Principatus Rugiæ ac
Dynaftiæ Vismariensis. Eam ob causam 1653. a Christi-
na Regina Sveciæ per Sehringum Rosenhahn & Bene-
dictum Oxenstirn cui simul Præsidis munus
demandatum, sumum Appellationis Tribunal Vismariæ
erectum est, quarum cæmoniarum processum exhibet
Theatrum Europæum tom. 7. p. 424. tum & *Prodromus*
partis 1. Decisionum Vismariensium a B. Dn. Mevio, olim
Vice-Præside hujus Tribunalis, collectarum & edita-
rum. Ceterum a terris Ducis Lotharinge, Burgundie,
Sabaudie & aliorum Principum Italicorum hodie non
amplius appellatur ad Cameram, licet non negandum
sit, quod illi Duces fide clientelari obstricti sint sacro
Romano Imperio, conf. Conring. *de fin. Imp. C. XXII. Dn.*
Schurtzfleisch. Diss. de jure Augusti in Italiam. Cæsarinius
Furst-

PER LEGES ET PACTA REMOTA. II

Furstnerius *desuprematu & jure legat, Principum Germania p. 52. seqv.*

§. X. Reliquorum Imperii Statuum subditi Appellato-
nes ad supraemna judicia instituunt. Interim tamen, ne
promiscua appellandi licentia processus nimis protelen-
tur, aliquantis per hic Principibus cautum fuit, dum cer-
ta summa iis indulta est, quam filis in processu non ex-
cedat, appellatio ad Cameram est illicita. Quænam
vero summa Appellabilis cujusque Status sit, non placet
huc transferre, cum Rerum Cameralium scriptores co-
piose talia ingerant, videantur ex iis Roding. *Pandect. Ca-
mer. lib. 1. tit. 2. Blumius Proces. Camer. cap. 47.* Variant,
vero summæ ipsarum Provinciarum quæ Electoribus
sub sunt, sed proprie ad Electoratum non pertinent. Sic
in specie, per concessionem invictissimi Imperatoris
LEOPOLDI, 1690. 29. Novembr. Sereniss. ac Poten-
tiss. Domui Electorali Brandenburgicæ, quoad Provin-
cias extra Electoratum, privilegium de non appellando
in Possessorio absolute datum, *in Petitorio* vero summa ap-
pellabilis extensa est ad 1500. thaleros, quæ summa tan-
ta est, ut nemo Principum Imperii majori in hoc pun-
cto gaudeat.

§. XI. Cum itaque in Provinciis Principum jus
appellant ad Cameram, quo ad certam summam, tan-
tum sit prohibitum; merito nunc in disceptationem,
venit, quid juris sit, si Princeps possit disponere Provin-
ciarum suarum Consiliarios (*die Landt-Râthe/*) aut alios
qui populum suum repræsentant, ut sponte renuncient
Appellationibus ad Cameram; ubi queritur, *an hisce
pactis possit contradicere Imperator, aut Camera, prejudicium
que aliquid allegare valeat?* Ad cuius quæstionis deci-
sionem

12 CAP. I. DE APPELLATIONE

nem multum conferet haud dubie, nosse causam finalem
Judicii Cameralis fundandi. Nimirum cum tempore
Maximiliani I. Imperatoris, dissidationes & duella privata
(antea permissa, vid. Aventin. *Annal. Bojic.* lib. 4.
c. 248. Marqv. Frecher, tom. 2. *Germ. Script. ab initio.* Schot-
tel *Antiq. Jur. Germ.* c. 28.) aliquae modi privatæ vindictæ
cessarent, propter sanctionem pacis publicæ ab eodem
Maximiliano I. editam; necesse videbatur, ut erigeretur a-
liquod judicium Generale per Germaniam, in quo tam
causæ Statuum inter se, quam ipsorum subditorum deci-
derentur. Eo tempore nondum Status ad illam poten-
tiam adspiraverant in Provinciis suis, ut illas modo & for-
ma sanæ politicæ conveniente gubernare potuissent;
multo minus cum Statuum ærario ita comparatum e-
rat, ut sumptibus, ad proprium Tribunal conservandum
& autoritatem ipsi in refractarios armata
manu conciliandam, necessariis instructi essent; Hinc
placuit Statibus, ut communis nomine Tribunal sive Ca-
meræ judicium in certo loco institueretur, præsertim
cum Judicium Aulicum necesse haberet Im-
peratorem peregrinantem sequi, nec certo loco affixum
esset. conf. Vitriar. *Jur. Publ. Lib. IV. tit. 6. §. 1.* Dn. Schwe-
der. *J. P. Part. spec. Sect. I. Cap. 13. §. 1.* Dn. Coccejus *J. P. C.*

32. §. 2.

§. XII. Apparet exinde, quod, cum status hodie in
Imperio valde sit mutatus, & ratione potestatis veteris &
moderæ Statuum, maxime Potentiorum, in suis Provin-
ciis tanta sit differentia, quanta est inter cœlum & terram;
ac nunc illi ob superioritatem territorialem pleno exerci-
tio omnium iurium Majestaticorum, intuitu suarum Pro-
vinciarū gaudeant, vid. Dn. Præs. de *Jure Principis circa Rat.*
Ci-

PER LEGES ET PACTA REMOTA. 13

Civitat. Cap. 2. num. 2. nexus parentium & imperantium, tum & harmonia civitatum inde delinquum patiatur, si ab ipsorum Dicasteriis & tribunalibus, ulterior adhuc detur provocatio ad judicium quod remotissimum est, quod magna difficultate aditur, & quod extra territorium Jus dicentis situm est. Ergo quod olim in Statuum gratiam fuit erectum Tribunal, ubi ipsi propriis carebant, illud hodie, ubi illi in suis territoriis Dicasteriis sunt instructi, oneri illis est & incommodo. Unde sequitur, nullum præjudicium allegare valere quenquam hoc casu, si subditi sponte & persuasione Principis renuncient beneficio Appellationis ad Cameram, præsertim cum cuivis licitum sit, favori pro se introducto renunciare. Quemadmodum itaque Judex privatus conqueri non potest, quando in obligatione & chirographe renunciatur appellationi, si torsan lis desuper oriri posset: perinde nec Camerales inique hoc ferre possunt, & ob paritatem rationis idem dicendum est de judicio Aulico. Nam & illud eo tempore fundatum est, ubi Status sua jura non adeo plene recuperaverant.

§. XIII. Illustre hujus rei exemplum non ita primi contigit in Pomerania Regio-Prussica, ubi status Provinciales considerantes incommoda & protelationes litium ex appellatione ad Cameram provenientes, volumina Actorum eo transferendi difficultatem & sumptus, moras in pronunciando, tum & alia certas ob causas silentii populo involvenda vitia, sponte & deliberato huic beneficio, quod ipsis competebat, Appellationum ad suprema Judicia Imperii renunciarunt, quod exemplum ut reliqua Provinciae, amore erga Principem suum non minus flagrantes, imitentur, videtur optandum celerioris

CAP. I. DE APPELLATIONE

ris justitiæ cursus promovendi ergo. Et sane ipsi Consiliarii Cæsarei huic consilio, de subditis eo disponendis, an fam præbuile videntur. Nam cum Sereniss. ac Potentiss. FRIDERICUS WILHELMUS M. gloriöss. mem. 1785. absolutum Privilegium de non Appellando in omnibus Provinciis quæreret, sed non impetrare posset, Ministri Cæsarei Electori bene cupientes suadebant, *satius esse ab Eo Ordines Provinciales persuaderi*, ut ultro ipsi beneficio renuncient. Baro à Pufendorf. *Rer. Brandenb. Lib. XIX. §. 1.* Verum quod consilium salutare tunc in actum deduci temporum injuria haud potuit; illud, ne exitu porro carereret, effecit nunc ex parte & efficiet felicissimum regimen GLORIOSISSIMI NOSTRI REGIS.

§. XIV. Ceterum ratione causarum cum nonnullis ita comparatum est, ut Appellatio ad suprema Judicia Imperii plane legibus publicis remota sit. Huc pertinent potissimum Causæ spirituales & Ecclesiasticae. Nempe si agatur de religione, doctrina fidei, jure Patronatus, jure Advocatiae, causis matrimonialibus, nam hæ & aliae ejusdem naturæ a Cameræ jurisdictione exemptæ sunt, & in Statuum Protestantum Judiciis Ecclesiasticis, quæ vulgo Consistoria vocantur, deciduntur. Nam politica circa sacra potestas, per transactionem Passaviensem, insecutamque Pacem Religiosam, Augustæ Vindelicorum 1555. unanimi Ordinum ac Statuum consensu initam, plenisime Statibus Protestantibus concessa, vel potius a Papa fraudibus usurpata, restitura, ac celebri Pace Westphalica per Art. V. §. Jus Diacon. 28. confirmata, & Pontificis jurisdictione, usque ad Christianam compositionem, suspensa est.

§. XV. Non levis vero disceptatio orta est de causis

PER LEGES ET PACTA REMOTA. 15

sis Capitularum & Præbendarum , sive Ecclesiæ
sive Canonicos de redditibus litigantes concerne-
rent , an scilicet bi ad Cameram a Principe , in cuius territo-
rio degunt , appellare possint ? Quanquam vero nonnulli
Status hoc casu permiserint appellations ad Came-
ram , uti hoc testantur multi processus ex Ducatu Mag-
deburgico , Principatu Halberstadiensi & Mindensi , hac
ratione ad Cameram devoluti ; attamen solidissimæ ra-
tiones adsunt , quæ evincunt , ejusmodi appellations
non posse citra deminutionem Superioritatis territoria-
lis & jus Principum circa sacra fieri . Causas enim spi-
rituales , aut spiritualitatibz annexas , qualis est etiam lis
de Præbendis Canonicatuum , Barbosa tr. de *Canonicat.*
& dignitat. Cap. 12. §. 8. solus Judex Ecclesiasticus dijudi-
care valet. Marta de *Jurisdicçt.* Part. 4. Cas. 145. n. 8. &
consequenter Episcopus , vel per modum Appellatio-
nis Papa . Ex qua causa etiam Camera Imperialis in-
causis ejusmodi fundatam Jurisdictionem haud habet ,
Andr. Gail. obf. *Cameræ lib. 1. obf. 38. n. 1.* Mynsing. Cent.
I. obf. 100. Jam vero Jurisdictio Ecclesiastica in territo-
riis Protestantium est suspensa , & sic suprema facultas
cognoscendi in Ecclesiasticis ad illum , qui superiorita-
tem territorialem habet , devoluta est. Instrum. Pac.
Westphal. Art. 5. §. *Jus Diæcesan.* 48. ibi : tam inter Catho-
licos & Augustana Confessioni addictos &c. Ergo illud jus
quod durante Hierarchia Papali penes Papam & Episco-
pos fuit , devolutum est ad Status , nec Camera , ad quam
eo tempore appellatio concessa haud fuit in hisce causis ,
eam Jure postea sibi vindicare potuit. Plenius vero hanc
superioritatem in Ecclesiasticis Principium protestan-
tium , & inde illicitam appellationem ad Cameram in-
ejus-

16 CAP. I. DE APPELLATIONE

ejusmodi causis, demonstrarunt Illustr. Dn. Stryk. de Jure Papali Princip. Evangel. Cap. VI. §. 3. Exc. Dn. Cons. Bode de illicita a Principibus Protest. Provocatione in caus. Eccl. Dn. Thulemar. in eleg. Respons. Jurid. circa hanc quest. add. Cramer. Diff. Inaug. de Causis Consistorialibus, an & quatenus ad Judicium Aulicum Imper. spectent.

§. 16. Eadem est ratio, cur in matrimonialibus appellatio ad Cameram in terris Statuum sit remota. B. Dn. Brunnem. Proc. Civ. cap. 13. Nec admittitur in Camera Causa matrimonialis, licet per simplicem querelam eo devolvatur. Blum. Process. Camer. cap. 43. num. 14. Interim tamen certum est, posse a Consistoriis nostris etiam in matrimonialibus aliisque spiritualibus ad ipsum Principem provocari. Dn. Brunneman. de Jur. Ecclesiast. lib. 3. c. 10. §. 2. add. Mevius. Decis. Part. 4. Dec. 1. num. 5. & p. 2. D. 165.

§. XVII. In criminalibus omnem prorsus Appellationem ad superiorem remotam esse, ex experientia & testimoniosis Dd. satis constat. vid. Carpzov. Prax. Crim. quest. 139. n° 14. seq. Quam bene vero hoc introductum sit merito disceptatur, & in specie contra Carpzovium Appellationū in Criminalibus æquitatem defendit Justus Oldekoppius, practicus non proletarius, tr. de Appellatione in Caus. Criminal. Et sane optandum esset, ut hodie in multis judiciis ingeminare non necesse foret querelam B. Dn. Brunnemanni, quando ad L. 6 ff. de Appell. exclamat: Prob superi! quanta bode vitia & sollicitissimi in Criminalibus non admittuntur? Sepissime negliguntur huius contestatio, atque interrogatoria generalia, omittitur confrontatio. Defensio Inquisiti insuper habetur, & tamen denegatur Appellatio. E- quidem certum est, quod Appellationes in criminali- bus

PER LEGES ET PACTA REMOTA. 17

bus ad Cameram plane remota sint per Leges publicas,
vid. *Ordin. Camer. Part. 2. tit. 28. §. Item.* Gail. *Obs. Cameral.*
Lib. 1. obs. 1. n. 28. & ibi Dn. Fabricius in *Addit. Mynsing. Cent.*
4. Obs. 4. Verum propterea non sequitur, ergo etiam
in Statuum territoriis Appellatio in Criminalibus non
est admittenda, quippe quæ & de jure civili, per *L. non*
tantum. 6. de Appell. fuit permissa ill. Dn. Stryk. *Diss. de Jure*
Humaniore C. 4. Cas. 31. nec præterem absonum videtur Berli-
chio in Causis civilibus & pecuniariis Appellationes con-
cedere, in Capitalibus vero illas denegare, *Part. 2. Dec.*
231. add. Schilter. *Exerc. 49. § 1.*

§. XVIII. Atque sic perlustravimus Appellationes
per Leges & Conventiones publicas remotas, ita ut
ad suprema judicia Imperii devolvi haud possint. Ve-
rum cum Status in suis territoriis gaudeant potestate le-
gum ferendarum, Tribunalia erigendi, illisque ordi-
nationibus processuum salutaribus prospiciendi; meri-
to illis etiam potestas ac facultas vindicanda est circa Apel-
lationes in illorum Judiciis frequentes, ne temerariæ
illæ sint & immortalitati litium ansam præbeant. Igi-
tur præter illas causas, quas adduximus, ubi Appella-
re non licet ab ipsorum Judiciis & Dicasteriis ad Came-
ram, sunt & aliae, ubi plane appellatio remota est,
quod secundum dictum iurium in nostris terris recep-
torum fit in causis haud paucis. Quanquam enim Ap-
pellationum favor insignis sit, dum spectat ad defensio-
nem, quam nec Diabolo, si in judicium veniret, dene-
gandam esse, Dd. communiter concludunt; attamen,
necessitas postulavit in sequentibus causis appellationis
beneficium removere.

§. XIX. Nimirum jure Civili conceditur tantum

C

Ap-

18 CAP. I. DE APPELLATIONE

Appellatio a sententia *definitiva*, ab interlocutoria autem removetur; nisi habeat vim definitivæ, aut gravamen contineat irreparabile, quod per sententiam definitivam, vel appellatione ab ea corrigi nequeat. L. 7. Cod. Quor. appell. non recip. Mevius. Part. 2. Dec. 298. Carpzov. lib. 3. Resp. 48. num. 18. Jure Canonico autem per famosum Cap. Bonæ memoria X. de Appell. ab omni interlocutoria sententia appellatio conceditur. Nam totum illud jus, sub prætextu æquitatis naturalis, tædiosum processum in forum intrusit. Hinc etiam Patres in Concilio Tridentino, licet plerique mancipia Papæ essent, & veterem barbariem retinendi avidissimi, conf. Petri Suavis; Historia Concilii Trident. attamen sess. 24. c. 20. de reform. restringerunt libertatem appellandi.

§. XX. Præterea Appellatio removetur a sententia lata in *causa possessorii*, seu in Interdictis. L. 1. Cod. de moment. Possess. quod iterum secus Jure Canonico per Cap. 1. in f. de sequestr. poss. quod praxis inferiorum Judiciorū sequi etiam solet, nisi restrinatur. Pertinet huc Rescriptum Sereniss. Electoris Brand. FRIDERICI WILHELMI M. glorio-
fiss. memoriae de A. 1670. Es sollen auch hinführō in folgen-
de Fällen keine Appellations an unsren Hoffgerichte an-
genommen werden/in summarissimo possessorio, a sen-
tentia mere interlocutoria, wenn jemand gegen Cau-
tion de demoliendo auff seinem Grund zu bauen zuge-
lassen wird - - Bau - und Zimmerungs Sachen &c.
Et in genere, appellatio removetur, quando senten-
tia lata est quæ, moram non fert, & quarum matura-
tio ad publicam utilitatem spectat L. fin. pr. de Appell. ut
in Causa alimentorum, in collectis & contributionibus,
refectione aggerum, quod plenius deducunt B. Dn.
Brun-

PER LEGES ET PACTA REMOTA 19

Brunneman. Process. Civil. cap. 28. num. 17. seqq. Mevius
Decis. Wismar. Part. 4. Decis. 35. Scaccia de Appellat. quæst. 17.
limit. 8. Sic etiam non admittitur appellatur de Anno-
na militum, ut scilicet frumentum in usum militum
non colligatur. L. ult. de Appell. recip. Rebuff. tr. de. appell.
art. 7.

§. XXI. Appellatio denique remota censetur, si
pars Appellationi renunciavit, L. fin. §. fin. Cod. de tempor.
appell. Posse autem partes Appellationi renunciare ex-
presse & tacite, nullum est dubium, cum favore pro se
introducto uti cuivis integrum sit. Conf. Rebuff. de
Appel. art. 15. gloss. 1. num. 6. Scaccia de Appell. qu. 17. lim. 2.
num. 1. seq. Debet tamen, litium evitandarum causa,
formula renunciationis esse clara, v. c. quod conten-
tus velit esse sententia primi Judicis, quæcunque illa
fuerit. Nam ille qui promisit stare sententiæ, non qui-
dem simpliciter, sed qualiscunque erit, videtur raci-
te renunciare futuræ appellationi, & ideo non potest
appellare. L. tale pactum. §. qui provocavit. ff. de Pact. Hen-
ric. de Bover. Singular. 64. num. 25. Hinc Cautela suppe-
ditatur Creditori, ut si alicui certam pecuniæ summam
mutuo det, obligationi inferendam curet, daß Er /
der Debitor, sich hiermit aller Appellation, Suplication,
Revision und Zuflucht zu den Ober-Gerichten wolle ver-
ziehen / und sich verbunden haben / auf den ersten Rich-
terlichen Ausspruch/ der Execution ohne alle weitere Ap-
pellation sich zu unterwerfen ic. add. ill. Dn. Stryk. Cau-
tel. Contract. Sect. 1. Cap. 5.

§. XXII. Verum cum & tali modo maxima pars
causarum Civilium remaneat, ubi Appellatio permit-
titur; solent Status Imperii in tribunalibus suis & Judi-
ciis

20 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS
ciis ad frivolas & temerarias appellations impediendas & restringendas, Appellantibus juramentum imponere, quod non protelandæ causæ ergo appellant. In non nullis locis etiam certa summa ab Appellantibus est deponenda, quam perdunt, si sententia Judicis a quo confirmetur. Contingit etiam haud raro, pro varia causarum civilium indole & figura, ut summus Princeps ista lege det Judicem in certa causa, ne ab ipso appelletur, qui vulgo dicitur datus eum clausula: *Remota appellatio-ne*, idque laepius a Marco Imperatore factum esse jam apud Romanos, testis est Ulpianus in *L. i. §. ult. a quib. appel. non lic.* Quando itaque Princeps possit Judicem remota Appellatione constituere, tum & in quibus causis, sequentibus capitibus exponendum erit.

CAPVT II. De POTESTATE PRINCIPIS APPELLATIO-NEM REMOVENTIS.

SUMMARIA.

Connexio cum Cap. I. §. 1. Requiritur potestas summa, non subalterna, §. 2. Excluditur hinc potestas Princeps titularis, §. 3. Et qui potestatem delegatam habent, ut Commissarii, ibid. Illustratur exemplo legati Pontificii Lutherum condemnatis, a quo hic recte appellabat ad liberum Concilium. §. 4. Posse vero a Papa ita appellari, hodie num sustinet Ecclesia Gallicana, ibid. Ratio, cur ille, qui supremam in Civitate habet potestatem possit Appellationes suspendere. §. 5. Princeps, vi sanorum Principorum politicorum, est

APELLATIONEM REMOVENTIS.

21

est supremus moderator & arbiter salutis publicæ, & judiciorum. §. 6. idem hoc veteres Dd. jam concesserunt, licet sub incommoidis expressionibus de plenitudine potestatis. §. 7. Nec obstat potestati Principis appellations removentis, quod legibus & observantie ab uno Principe mos geris soleat. §. 8. Aliud enim dicendum est, si salus publ. aut utilitas communis urgeat derelictionem pristinae observantie. §. 9. Quid in specie de potestate Principum & Statuum Imperii hic dicendum sit. §. 10. Eadem potestas iisdem adscribitur. ibid. Plenius hoc probatur ex dupli consideratione, dum alia potestas Principum intuitu totius corporis; alia intuitu subditorum & territorii sui. §. 11. Ob superioritatem territorialem Principes & Status gaudent omnibus juribus ad rem publ. gubernandam necessariis. §. 12. Et sic etiam summam potestatem circa facultatem judiciariam exercere possunt. §. 13. Si scilicet causa per leges Imperii non possint per appellationem ad supra majus judicia devolvi. §. 14. Si querela subditorum super judiciis Principum deferantur ad Imperatorem, ab hoc litera informatorie prius exigende. ibid. An Princeps vel status appellationem removere posse in causa, que ex natura sua ad Cammeram devolvi posset. §. 15. Rationes dubitandi ibid. responsio ad illas, quod Principes inter se litigantes, per conventiones publ. ad Cameram sint adstricti, §. 16. Licet inter potentiores status vix via juris semper attendatur. Causa. §. eod. Causa subditorum Statuum propterea Camere assignata, quia hi propriis Dicasteriis carebant, nunc statu mutato, mutandum & jus. §. 17. Limitatur ista sententia ex regulis prudentie. §. 18. Valent adductæ assertiones de omnibus Statibus superioritate territoriali gaudentibus §. 19. Etiam de Civitatibus Imperialibus. ibid. Quid de Comitibus, & Baronibus immediatis & Nobilibus Imper. immediatis juris. §. 20.

C 3

§. I.

Superiore Capite perlustravimus causas, quæ partim in *totum*, uti in Electoratibus, partim in *tantum*, scilicet quo ad certam summam, in rebus Provinciis Statuum, remotæ sunt per pacta publica & conventiones a Judiciis supremis Imperii; tum & consideravimus causas, quæ ipsis legibus civilibus ambagibus Appellationum eximuntur in tribunalibus Statuum. Verum quoniam hæ parvo numero circumscriptæ sunt, & pro variis aspectibus politicis, ac figuris negotiorum publicorum, longe plures occurre possint causæ, ubi Princeps appellations removere, & Processus amputare utile & statui suo proficuum judicare potest; hinc ante omnia convenit nunc indagare potestatem, qua Princeps pollere debet, siquidem clausulam: *Remota Appellacione rescripto suo insérere cupiat.*

§. II. Nimirum cum natura & indoles Appellationis in eo consistat, ut fiat & interponatur a judice inferiore ad superiorem, donec ad supremum judicem devoluta est; sponte exinde fluit, Principem qui Appellationem removere cupit, debere tanta pollere potestate, ut nullum in sua Republica agnoscat superiorem, & quitalis est, ille simul, vi jurium majestaticorum & ad Rem publicam regendam necessariorum, Appellations, pro interesse publico, quippe quæ norma & censura esse debet, ad quam Principum consilia diriguntur, modo indulgere & ampliare, modo coactare & restringere valet. Eadem itaque potestas hic indulgenda est circa remotions appellationum, sive supremum imperium sit penes unum, uti in Monarchia, sive conjunctim exerceatur in Collegio Optimatum, ni-

APPELLATIONEM REMOVENTIS 23

mirum in Aristocratia, sive etiam dependeat a toto populo, modo Democratico.

§. III. Itaque facile largimur Marantæ de ordine *Judiciorum*. Part. 6. tit. quando Appellet, num. 237. Marchesio, de Commissar. Part. 1. cap. 8. num. 12. Baptift. Fragoſo de de Regim. Christ. Reipubl. Part. 1. Lib. 8. Disp. 24. num. 213. Nullum inferiorem Principem, scilicet qui titulo tenus est, & quo ad modum regiminis Civitatis suæ ab alio dependet, clausula: *remota appellatione*, uti posse. Fieret enim hoc in præjudicium superioris, & ille sibi amplior rem potestatem arrogaret, quam revera & de jure ipsi competit. Roland. a Valle *Confil.* 29. n. 15. Nec posse sibi hanc potestatem vindicare Nuncios Apostolicos, & ipsos Legatos a Latere, a Pontifice missos, concedunt Pontificii Doctores, licet in amplianda ipsorum potestate, adulatorie liberales alias esse soleant. Sigism. Scaccia de *Appellat.* qv. 16. lim. 1. num. 106. & 109. Quod tamen declarat Marches. de Com. loc. cit. nisi id specialiter ipsi sit indultu, scilicet ab eo, cui suprema potestas competit & ad quem ultima provocatio dirigi solet. Quod & de Commissariis valet, si a Principe literis commissorialibus clausula hæc sit inserta, ut remota omni appellatione pronuncient. conf. Mevius Part. 3. *Decif.* 187. Imo cum saepe frivole recusari soleant Commissarii, potest inferi clausula: *remota recusatione*. And. Gail. *Obs. Cameral.* lib. 1. *Obs.* 33. num. 4.

§. IV. Quando itaq; potestas removentis Appellationem non est suprema, frustra illa Diplomatibus & Commissorialibus judicum Delegatorum conceditur. Exemplum hujus rei illustre præbebat superioribus seculis Reformatio Evangelica. Cum enim eo tempore Pontifex Cardinali Cajetano & aliis in mandatum dederat, ut Lu-

24 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS

Lutherus vel revocaret doctrinam, vel condemnaretur, omni appellazione desuper remota; recte Lutherus appellabat (pro statu illorum temporum, nam alias Concilia nihil aut parum conferunt ad emendationem religionis) ad liberum & universale Concilium. Notatu digna sunt ejus verba ex scripto cui tit. *Appellation an ein Christl. frey. Concilium de An. MDXX.* derohalben so appellire und beruffich mich mit dieser Schrift/ auff ein zufünftig frey süber Concilium, für mich und für alle die mir anhangen und bedinge/ daß ich die Appellation will aussführen und beweise ic. Bitte derohalbendemuthig die Allerdurchlauchtigsten ic. Fürsten ganzer deutscher Nation, wolten zur Rettung Göttlicher Ehre und Schutz Christl. Kirchen Lehre und Glaubens/ auch Erhaltung freyer Christl. Concilien, mir und meiner Appellation anhangen. Quæ appellatio cum ab ipsis Pontificiis cordatoribus pro æqua reputaretur, tandem adegit Pontifices, ut non obstante horrore erga Concilia consentirent in Tridentinum, postquam variis technis effecerant, ut illud suæ autoritati damnosum, haud præviderent, ceu illas strophas exponit prudens Pontificius scriptor Venetus, Petrus Suavis, *in historia Concilii Tridentini.* Conf. etiam solidum scriptum sub tit. Ursachen warum Evangelische Fürsten und Stände das Concilium zu Trient nicht besuchen/ ap. Frid. Hordleder, *de caus. Bell. Germ. lib. 2.* Et sane Pontificem in spiritualibus & controversiis religionis subesse Concilio, non solum Patres Concilii Constantiensis fortiter asseruerunt; Sed hodiernum etiam, inter famosas *quatuor Propositiones*, quas 1682. 19. Mart. Clerus Gallicanus Parisis publice stabilivit, & autoritate Regis ab omnibus Academiis &

APPELLATIONEM REMOVENTIS. 25

is & Collegii docentur & affirmantur, ordine secunda est, quod *Papa inferior sit & subjectus Concilio oecumenico & universalis;* & IV. quod *Papa non sit infallibilis, nisi presideat Concilio Oecumenico & ab hoc potestatem accipiat,* vid. *vita P. Chaisi p. 275. seqq.*

S. V. Cæterum, quo nullus remaneat scrupulus, quod Princeps, suprema potestate in Republica sua gaudens, poscit appellations & alia removere; fundamen-tum est querendum in eo, quod nulla Civitas aut Res-publica speratum finem, nimirum tranquillitatem & felicitatem co[n]iunem obtinere queat, nisi illi qui ex statu naturali in cætum coiverunt, securitatis gratia, in unam voluntatem conferant illud, quod publice, h. e. circa curam conservandæ civitatis fulciendum est, & sic voluntas unius in Monarchia, aut plurium, in reliquis formis politicis, pro omnium voluntate habeatur. Proinde apud subditos nulla curarum publicarum pars remanet in Republ. Monarchica, nec apud plebem in Aristocracia, nec apud singulos in Democratia, conf. Puffendorf. de Jur. Nat. & Gent. Lib. 7. cap. 2. & lib. 8. cap. 2. ut & eleg. obser. 16. tom. 3. Observationum Hall. Resultat inde exercitium regalium juriū, quorum complexus uno nomine vocatur Majestas. Ambitu suo hæc etiam comple-ctitur omnem facultatem judicariam ut penes Principem sit formas Judiciorum instituendorum non solum ordinare, sed & illas corrigere ac immutare, prout videt statui suo esse salutare, & interesse publicum ita jube-re. Neque juste hic conqueri possunt privati, cum lex fundamentalis omnium rerum publicarum sit, quod sa-lus populi ante omnia sit Principis curæ demandata, ut scilicet tranquille & commode vivatur in republica,

D

& fa-

26 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS

& salus populi totam rempublicam respicit, non vero subditum unum alterumve, aut aliquam universitatem, quippe quæ privatorum loco habetur in relatione ad rempublicam.

§. VI. Ex hac itaque relatione obsequii subditorum erga potestatem salutem publicam moderantis, fluit hæc potestas, quam inspecie Princeps adhibere potest, appellationes removendo, si non solum summa necessitas hoc urgeat, sed etiam insignis utilitas Reipubl. exinde speretur, qualis non potest non in singulos postea derivari. At utilitas futura, eleganter inquit doctissimus Autor allegatae observationis, quin & præsens plerumque latet subditos, & latere debet, quia potissimum rationis status fundamentum est, ut arcana sint media, quibus defenditur & felicitas publica promovetur. Subditorum itaque est credere, quæ a Principe fiunt, fieri pro salute publica, eamque unicum esse salutis privatæ fundamentum.. Adeoque & subditorum est, posthabita rerum privatuarum cura, omnibus viribus ad promovendam salutem publicam conniti. Id vero facere non creduntur, nisi jusibus imperantis prompte & pro vi-ribus obsequantur.

§. VII. Ne vero hisce assertionebus, ex fana & genuina politica fluentibus, videamur infirmioribus, ac si philosophiam Hobbianam, in ejus elementis de Cive, tum & clarius in Leviathanæ propositam, ita extollere, hujusque periculosis novatoris (uti apud vulgus Eruditorum audit) vestigia premere, (quod quidem per se nihil illiciti esset) vellemus; bene observandū judicamus, quod nullus non veterum Doctorum hæc asserere de Principis potestate non dubitaverit. Pertinent huc, quæ vulgo de plenitudine

APPELLATIONEM REMOVENTIS.

27

dine potestatis Principis asseruntur, ruditer tamen, & ita ut conclusiones sic satis bonæ sint, Principia vero illarum nusquam appareant. Sic plenitudo potestatis describitur a Baldo in *L. imperatam Cod.* que sententie rescindi non poss. quod sit illa cuius cause non est ratio exquirenda in Principe cur ita faciat, & Natta *Conf. 512. num. 19.* si aliquid ait etiam leve Principem moveat, cum posse de plenitudine potestatis facere, quicquid libet. Plures eiusmodi flosculos colligerunt Ludovicus Rodolphinus in *tr. de absoluta Principis potestate cap. 5. & 6.* Cardin. Tusch. *Praef. Conclus. tom. 1. lit. C. concl. 242.* Moneta de *Commun. ultim. volunt. cap. 7. n. 15.* Marches. de *Commiff. Part. 2. §. un. num. 99.* Marta de *claus. Part. 1. claus. 259.* Nulla vero appetet ratio idonea, cur Princeps ex plenitudine potestatis aliquid in salutem communem constituens stricte sit intelligendus, prout existimant Rudolphin. *cit. l. cap. 5. num. 20.* Theod. de Rubensis in *sing. Rot. tom. 2. part. 4. claus. 274. n. n. 24.* Nam non video cur in salutem publicam emissa constitutio, licet deflectat a communivia, non mereatur æque extensivam interpretationem, præsertim cum DD. alias toti sint in effectibus ejusmodi clausulæ ex plenitudine potestatis, deprædicandis. vid. Barbosa de *claus. usu frequent. claus. 41. num. 8. seqq.*

§. VIII. Quanquam itaque hæc potestas Principis, cui ex altera parte respondet simplex obsequium subditorum, jure naturali & divino fundata sit, quippe quæ jura volunt, ut omnia quæ faciunt ad civilem tranquillitatem & beatitudinem in Republica, procurandam, a Principe adhibeantur, attamen forte non deerunt, qui hasce positiones, vel ex æquisimis legum civilium placitis confutari pos-

D 2

se,

28 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS
se, sibi persvadebunt. Quia enim Princeps, ita insta-
bunt haud dubie, semel hunc ordinem judiciorum in-
troduxit, ut ab inferiori ad superiorem in quacunque
causa appelleatur, illud beneficium tollere & eripere
subditis haud poterit sine injuria. Non vero in-
de injuriarum occasionem nasci debere, unde jura
proficiuntur, recte censuerunt Imp. Gratianus, Va-
lentinianus ac Theodosius in L.6.Cod. unde vi. & dignum
tanta majestate crediderunt summi Imperantes legibus
se alligatos profiteri. L. Dignavox. 4.Cod. de LL. Nam de
juris autoritate pendet autoritas imperantis, & majus
Imperio est, summittere legibus Principatum. L. ead.
imo Imperialis majestatis proprium est, non conferre
concessa. Novell. io. pr. Nec quisquam autoritate Princi-
pali circumscribendus est. L. i. Cod. de his quiven. etat.

§. IX. Verum quam copiose etiam talia brocarda
adducantur, & loco conveniente adducta haud sperni
debeant; tam parum momenti conferunt ad præ-
sentem materiam. Supremum & unicum officium
Principis in eo versatur, ut omnia Reipublicæ & subdi-
torum negotia dirigat ad salutem publicam. Imo quic-
quid facit Princeps, ad hunc scopum collimare censem-
dum est a subditis, cum subditorum non sit, in arca-
na status & media conservandi rempublicam tuendique
anxie inquirere. Non dico, quod Princeps inuste ni-
hil facere aut constituere possit, sed quod non præsu-
mendum hoc sit, cum publicæ salutis ratio ab ipso
prætenditur. Modus procedendi in judiciis totus a Prin-
cipis voluntate dependet, haec vero mutari potest, si
graves circumstantiae id suadeant ac urgeant. Nam haec
sibalterni sive subordinati regiminis forma est & ani-
ma

APPELLATIONEM REMVENTIS.

29

ma, quæ esse operarie tribuit, qua sublata corpus universitatis difflit & evanescit. add. Excell. Dn. Jo. Sam. Stryk. *Diss. de Jure subcollect. Cap. II. §. 7.* Igitur laude dignum est, si Princeps absolutus legibus a se datis, tum & ordini, qui alias in Republ. servatur, alligatum se profiteatur, quamdiu scilicet salus populi æque commode ea via modoque promoveri posit; de cætero in iuste ab ipso postulatur, ut inhæreat illis modis procedendi in judiciis, quibus cum salute publica jam non convenit.

§. X. Perspecta itaque Principum in genere potestate ad Appellationes removendas, ordinem judiciorum immutandum; merito nunc in disceptationem venit, quid de nostris Principibus & Statibus dicendum sit, quippe qui liberi & independentes Principes salutari haud possunt, quia in legibus Publicis subditi Imperatoris & imperii vocantur, quemadmodum hæc formula sæpius in Recessibus Imperii occurrit, addantur Ordin. Camer. de An. 1555. Cap. 2. tit. 1. ibid. Alle des Heil. Röm. Reichs Verwandte und Unterthären ic prout etiam ipsi Ordines in literis Imperatorem Dominum clementissimum, se vero subiectissimos subditos vocare solent. Verum res salva est, nec minor potestas Statibus & Principibus, quo ad formam judiciariam, in suis Provinciis indulgenda est. Nam quod attinet ad vocabulum *subditi*, illud quando de Principibus nostris dicitur, ab omni imperfectione politica separandum est, Perillustr. Dn. de Rhetz *Inst. Jur. publ. lib. 1. tit. 3. §. 2.* Humiles vero illas subscriptiones Stylus curiæ veteris produxit, qui mordicus sæpius retinetur, licet status jura vetera dudum immutaverit, nec, judice Monzambano, ex illis titulis quicquam probari potest, cum in ejusmo-

D 3

30 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS

di curialibus ignavissimus quisque operum, verborum soleat esse effusissimus. add. Dn. Præs. *Jurispr. publ. Diff. IV.* §. 15. pag. 77.

§. XI. Præterea Principes nostri dupli modo considerandi sunt. Quod si enim respectu totius corporis Imperii, cuius membra sunt, de ipsorum potestate queritur, alia decisio formanda est, quam si de potentia ipsorum in relatione ad subditos & territorium, quæstio incidat. Priori modo negari non debet, quod pactis & conventionibus publicis sese mutuo adstrinxerint, quod non proprio arbitrio velint peragere illa, quæ vel ad communem salutem totius corporis spectant; vel etiam ad item cum aliis Principibus & Constatibus. Tunc enim conventionibus publicis via facti, vel potius bellum debet inter ipsos litigantes exulare, dum loco ejusdem *Austregæ*, ac ab his provocatio ad suprema Judicia placuerunt. conf. illustr. Dn. Stryk. *de via facti Princip. Imp. permissa cap. I. §. X. seqq.* Ast aliter dicendum de potentia Principum & Statuum intuitu subditorum suorum. Omnia enim jura, quibus ad gubernandam & conservandam Rem publicam necesse habet summa potestas, & quæ cum illa induculo nexu conjuncta sunt, cum animam & spiritum regiminis politici constituant; etiam Status possident sub titulo *superioritatis territorialis*. Hæc, quoad territorium ejusdem fere efficaciam, quam Majestas, imo revera illam involvit, licet stylo Juris publici ea denominatione abstineant, ob memoriam haud dubie pristini status. Conf. *Instrum. Pac. Artic. Gaudent. VIII.*

§. XII. Hinc omnia regalia jura, superioritati territoriali annexa, Principes nostri libere sine contradic-

APPELLATIONEM REMOVENTIS.

31

Actione subditorum exercere possunt, nec opus habent Status, si subditi sint inobedientes & debitum obsequium detrectent, per modum Actionis coram Imperatore procedere, sed propria autoritate, se in superioritate sua defendere, & jura inde dependentia exercere possunt, uti hoc & verba Capitulationis Josephi §. 7. satis innuunt: Massen dann auch Churfürsten Fürsten und Ständen zugelassen und erlaubet seyn soll / sich nach Verordnung der Reichs-Constitutionen bey ihren hergebrachten und habenden Fürstl. juribus, selbstten und mit Affidenz der heimtartbaren Stände / wieder ihre Unterthanen zu main- teniren/ und sie zum Gehorsam zubringen. Hinc minus providi & jurium suorum dissipatores illi principes apparent, qui de subditorum suorum insolentia quere- las coram Imperatore, vel Judicio Aulico instituunt. Lite enim ibi per modum processus seu summarii, seu ordinarii semel mota, postea armis & militari executio- ne iis uti haud integrum erit, conf. dict. artic. 7. in fin. ibi: Da aber die Streitigkeiten vor dem Richter mit Recht befän- gen wären/ sollen solche aufs schleunigste ausgeführt und ent- schieden werden.

§. XIII. Facile exinde dijudicare nunclicit, quid sentiendum sit, si Princeps in lite, quæ magno tem- pore durasset, & adeo intricata sit, ut vix ordinario modo expediri nequeat, per alios sententiam definiti- vam pronunciandam curet, remota appellatione; vel si acres lites & processus sint inter personas potentes, unde scandalum publicum oriri, & respublica turbari posset, Princeps vero ex officio eodem modo hunc Pro- cessum finiri jubeat; illi vero qui gravatos se se esse prætenderent, querelam desuper ad Imperatorem, aut supre-

32 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS

suprema judicia Imperii, sive per modum Appellationis,
sive alia via, devolvere audeant. Nullum enim est
dubium, quia hoc modo violatio superioritatis territo-
rialis committatur, & hinc digna poena affici possint.
Neque hoc casu, si scilicet ad Cæsarem se contulerint,
& ab eo auxilia per mandata solita contra prætensam
vim petierint, mox audiendi sunt, sed a limine judicij
ad debitam partitionem repellendi per Capitulationem
Leopold. art. 3. nicht leichlich gehöret / sondern a limine
Judicij ab- und zu schuldiger partition an seinen Landes-Für-
sten und Herrn gewiesen werden.

§. XIV. Atque hoc evictum est de illis causis, ubi
ad supraemajudicia subditis recursus non patet, & quæ
cap. i. recensitæ sunt, si scilicet Princeps solitum ordi-
nem judiciorum & appellationum immutet, quod fie-
ri posse supra evicimus. Si vero causa esset, unde ap-
pellatio posset devolvi ad Cameram vel Judicium Au-
licum, illa vero a Domino territorii removeretur, & sic
mandata a Cæsare peterentur; non quidem mox repel-
lendus est implorans, sed nec mox audiendus, ejusque
petito deferendum est, sed *litere informatoria* prius a
Principe, velejus Regimine, ubi processus pependit, pe-
tendæ sunt, quemadmodum clare hoc sanctum reperi-
tur in *Capitul. Joseph.* §. 17. Und dieweilen auch vorkommen/
dass in Sachen hoher Landes-Fürstl. Obrigkeit und Re-
galien/ w. zu verschiedenen mahlen ad nudam instantiam
subditorum, ehe und bevor Churfürsten und Stände darüber
gebührend gehöret/ mandata cum & sine clausula ertheilet
worden; Als wollen wir verfügen/ dass in solchen Fällen/ dem
letzten, Reichs- Abschiede (*de Ann. 1654. §. 105.*) gemäß/ die
interessirten Churfürsten und Stände vorhin vernommen
wer-

werden/ bey dessen Hinterbleibung Ihnen verstattet und zu-
gelassen werden solle solchen Mandatis keine Partition zuleisten/
conf. per Ill. Dn. de Rhee. *Diss. de Literis Informatoris,* &
Deckher de Processu Informativo, ubi pluribus hæc discu-
tiuntur.

S. XV. Quid vero si Princeps in causa civili, & ubi
appellatio regulariter ad suprema Judicia Imperii de-
volvi posset; ob peculiares circumstantias pronunciet defi-
nitive, remota simul omni appellatione. Ponamus,
quod viduæ alicui lites intercedant super debito magnæ
quantitas cum potentiore. Hæc utpote Actrix, ob pri-
vilegium miserabilium personarum, fundatum in *L. un.*
Cod. quand. Imper. jus dic. mox se convertit ad Princi-
pem, qui de justitia cause ejusprævio processu edoctus,
pronunciat in favorem viduæ, & ulteriorem appellatio-
nem simul prohibet, forsitan quia videt, potentiores
adversarium opibus suis fretum, ambaqibus proces-
suum inopem viduam ad incitas redacturum esse hac
appellatione, ut tandem vel desistat plane, vel etiam mo-
dica summa accepta transfigat. Quæritur itaque an
Principis potestas ad hanc appellationem removendam debeat eo
usque extendi, salvis legibus publicis? Negativa decisio hujus
quæstionis propterea amplectenda videtur, quia com-
muni Statuum consentu & conventionibus Judicium
Camerale fundatum est, & hinc omnes Principes ac Sta-
tus, ne Electoribus quidem exceptis, eidem subsunt.
Recess. Imper. de Ann. 1548. §. Folgends aber n. ubi
disponitur: Und sollen Thürfürsten/Fürsten und Stän-
de solchem unserem Cammer-Gericht Gehorsam leisten.
Ergo multo magis afferendum erit, quod subditos suos
in causis, ubi Jurisdicçio Cameræ fundata est, non pos-
sint

34 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS

sint cogere renitentes, quo appellatione desistant. Et
testantur Gaiilius Lib. I. obseru. 33. & 41. Mynsingerus
Resp. 24. dec. 3. quod frustra a quibusdam recusatum
fuerit iudicium Cameræ in causis, in quibus jurisdictione e-
iusdem fundata est.

§. XVI. Enim vero, si illæ rationes paulo penitus
perpenduntur, nil aliud illas concludere animadvertes,
quam quod Principibus & Statibus, si lis inter eos orta
fuerit, non via facti sit concessa, sed jus suum coram Au-
stregis, & tandem summis Imperii tribunalibus persequi
debeant, & quod tunc, ob Cameram semel communi
beneplacito Statuum introductam, nemo possit ipsius
jurisdictioni semet subtrahere. Nec sane alio modo pro-
cessus inter Principes, tam arcte confederatos, & (secun-
dum communem opinionem,) membra unius Reipublicæ,
terminari par erat, nisi tota Germania turbis invol-
venda esset, simul ac uni Statui contra alterum aliquid
litigiorum movere placebat. Quanquam & experien-
tia loquatur, potentiores, ob indolem humani genii,
susque deque habere in potioribus causis, maxime her-
editates & Provincias concernentibus, viam juris coram
Camera aut Judicio Aulico, & malle via facti, sive ar-
mata manu ad possessionem venire. Quod an Princi-
pibus semper vitoverti possit, nescio, cum, si unquam
in aliis causis, etiam hic, in mora (Judiciis supremis adama-
ta) periculum sit. Nam si temel quis potentiorū Principiū
in possessionem pervenerit, reliqui prætendentes beatiu-
dinem juridicam (ob quam alias possidentes prædicantur)
non degustare solent in æternum. Optandum quidem
foret, ut meliori loco via juris in Imperio circa contro-
versias Principum staret; verum ita fatum est Ger-
mani-

APPELLATIONEM REMOVENTIS. 35

manici Imperii, nec aliud sperare jubent in posterum, genius seculi & aspectus rerum politicarum, quandiu scilicet in tam irregulari statu Imperium perdurabit.

§. XVII. Atque haec fuit causa Cameram stabiliendi, hoc promiserunt Principes & Status, quod causas inter se velint ibi disceptrationi summittere. Causae vero civiles subditorum ipsorum, per modum Appellationis, Cameræ per accidens tantum assignatae videntur, & quia plerique Status eo tempore carebant supremis fedibus Themidos & tribunalibus, nec ob ruditatem temporis considerabant Principes regale de Non-Appellando. Cujus rei illustre exemplum præbent Reges & Res publica Polonica permittentes, testibus scriptoribus Polonicis, Neugebauero & aliis, ut superioribus seculis ex Polonia appellaretur ad Scabinatum nostrum Magdeburgicum, cuius quidem autoritas, olim major quam hodie, exinde satis elucet; sed nullum est dubium, quin hodie a cordatoribus pro insigni isolatissimo politico haberetur, si subditis suis Rex permitteret, ut ad alium extra territorium provocarent. Cæterum, cum quo ad Principes nostros status sit mutatus nunc, ceu capite I. fusius adductum est, & illi sit qualitas secundum quam jus variet, vid. Dn. Præsid. Diff. de Mutatione A. Bullæ. §. 8. seqq. citra magnum scrupulum asseripoterit, quod Princeps pro ratione circumstantiarum subditis appellationem ad Cameram salva justitia denegare posse.

§. XVIII. Notanter autem dico pro ratione circumstantiarum. Nam quamvis per adductas modo rationes ad Cameram plerasq; removere posset propter superioritatem territorialem; attamen quia in veterato more invaluit appellationum licentia, quam violen-

36 CAP. II. DE POTEST. PRINCIPIS

to modo corrigerem disuadet politica prudentia, præterea tantum non ipsi Principes sibi jamdudum præjudicaverint, dum certa privilegia super inhibitione appellationum impetrarunt ab Imperatore, optimum est & tranquillitati Status consultum videtur, tamdiu libertatem appellandi ad suprema Judicia relinquere illibatam, quamdiu subditi sua sponte huic potestati non renunciant, ceu supra exemplum adductum est. Interim, quin Princeps ex plenitudine potestatis interdum possit prohibere Appellationem ad Cameram, scilicet pro gravitate circumstantiarum modo adductum est §§. præcedentibus 16. & 17.

§. XIX. Cæterum, quæ de potestate Principum ad removendas rescripto suo Appellations adduximus, valent de omnibus Principibus Imperii secularibus, scilicet Imperatore, Electoribus, Ducibus, Landgraviis, Margraviis, tum & Principibus Ecclesiasticis. Sic etiam Civitates Imperiales tali potestate gaudere, vel propterea asseri potest, quia Civitates Imperiales veri Imperii Status sunt. Instrum. Pac. art. 8. §. 4. Knipschild. de jure & Privileg. Civit. Imper. lib. 2. Cap. 1. num. 40. ad Comitia vocantur, ac voto Decisivo ibi gaudent, Instr. Pac. Art. 8. §. 4. Kulpif. ad Monzamban. cap. 2. §. 13. & quod in Principibus est Superioritas territorialis die Hohe Landes-Fürstliche Obrigkeit / illud in Civitatibus est die Landes hohe Obrigkeit / sive Landes-herrliche Vollmächtigkeit. Recess. Imp. de Ann. 155. §. Wie woll. 59.

§. XX. Imo, cum etiam Comites & Barones haud pauci ad votum & sessionem in Comitiis admittantur, Bertram. de Comit. Conclus. 70. & communis Doctorum sententia invaluit, quod Comites & Barones im-

APPELLATIONEM REMOVENTIS 37

immediati possint tantum in suo Comitatu & Baronia,
quantum Imperator in Imperio , Paurmefst. de Jurisd.
lib. 2. cap. ult. Mager. a Schonb. de Advocat. armat. cap. 6.
num. 91. Theodor. Höping. de Jur. Insign. cap. 8. n. 60. rela-
tione scilicet habita ad subditos sui territorii , Schrader.
de Feud. p. 10. secl. 1. num. 33. Cluten. Syllog. Rer. Quotidian.
concl. 27. Hinc eadem potestas circa Appellationes re-
movendas iis adscribenda venit. Nec est ut Nobiles Im-
perii immediatos hic excludamus. Quamvis enim hi
ad Comitia haud vocentur, nec in matricula reperian-
tur, ac inde nec status Imperii sint , Dn. Hugo de Stat.
Region. Germ. Cap. 5. §. 5. sequ. Kulpis. ad Monzamb. P. 2. c.
2. §. 14. Strauch, Diff. Exoter. 4. thes. 22. Dn. Coccejus Ju-
rispr. publ. Cap. 19. §. 4. Nihilominus tamen jure quodam
eminentiori , quod parum aut nihil differt a superiori-
tate territoriali , gaudent. Instrum. Pac. art. 5. §. 28. Nol-
deni de Stat. Nobilium Cap. 16. num. 148. & in districtibus suis
iisdem iuribus ac privilegiis utuntur, quibus alii Impe-
rii status , Cluten. Syll. Rer. Quot. concl. 26. lit. R. Itaque
nec iis denegandum erit jus circa Judicia ordinanda ,
appellations restringendas. Monet interim pruden-
tia politica , ut caute in eiusmodi exercitio iurium suo-
rum versentur ; ne facile collisioni inter se & Judicia
suprema ansam præbeant, horum enim autori-
tas ibi valet pluris , ubi modica po-
tentia conspicitur.

E 3

CAP.



CAPVT III.

De

CAUSIS IN QUIBUS APPELLATIONEM
PRINCEPS REMOVERE POT-
EST.

SUMMARIA.

Principis potestas circa ordinem processuum extendit se ad omnes causas. §. 1. illustratur Resp. Facult. Jurid. Hall. ibid. manifeste frivola appellatio in quacunque causa removendi potest. §. 2. illustr. respons. ejusd. Facult. ibid. In Camera Rescripto Impp. removentur appellations in causis civilibus ex Episcopatibus ad Papam devolutis. §. 3. Declaratio Camerae novis. in Banum propterea adducitur. ib. Appellatio removetur in causis moram non ferentibus. §. 4. Ex gr. literis cambialibus. ibid. Probatur ex §. 40. des. Rönnigk. Preuß. Wechsel-Rechts. §. 5. Appellations contra clarum tenorem privilegiorum removentur. §. 6. Rescripto Regim. H. confirmatur. 16. Appellations removentur in causis alimentorum. §. 7. In causis aggerum, adficiorum, Bau-Sachen. §. 8. in causis sepultura Ecclesiastice, piarum causarum, Decimarum. §. 9. In causis modicis. §. 10. Post tres conformes sententias Princeps ad petitionem viatoris ulteriore appellacionem removere valet. §. 11. Appellations removenda in causis concernentibus Regalia Principis, vi Elect. Rescripti Brand. §. 12. In Causa venationum appellatio ad Cameram remota Rescripto Principis. §. 13. Pœna in bisce causis appellantium ad supraem Judicia. Rescriptum Aule desuper. §. 14. Quid si appellatio in hujus generis causis de facto instituta in Camera recipiatur? §. 15. Quid hoc Casu a Regimine suscipendum ex Rescripto Princ. patet; ibid. derenunciatione appellatio-

num.

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 39
num talium, it. Non Revocations-Schein. ibid. Princeps, remo-
ta appellatione, solet beneficium supplicationis extraord. concede-
re. Ejus indoles. §. 16. Circa ius & modum collectandi, & contribu-
tionum civibus nullus recursus ad Judicia suprema patet. §. 17.
In Policey-Sachen Appellatio contra Principem, ab hoc recte
removetur rescripto. Mevii sententia excutitur. §. 18. Quid si su-
per ordinatione vestiaria appelletur a certo collegio vel ordine ad
Cameram? §. 19. Hanc appellationem Rescripto Principali reji-
ciendam esse, adducto exemplo recentiori comprobatur. ibid. Remo-
tiones Leuterationum facilius adhuc admittenda sunt, §. 20.

§. I.

Dum præcedente Capite, de potestate Princi-
pum circa facultatem judicariam, ita diffe-
riimus, ut ipsis, tanquam supremis modera-
toribus salutis publicæ, liberas manus circa
di positionem horum negotiorum vindicaverimus; le-
vi negotio inde conjicere licebit, nullam fere causam
civilem in foro ventilari posse, ubi non ipsis integrum sit,
pro varia negotiorum indole ac figura, aliqua circa or-
dinarium processum immutare, &, si salutis publicæ ar-
bitretur, illas lites cito finiri, etiam appellationes & alia
remedia suspensiva rescripto suo vetare. Egregie asser-
tam hanc potestatem Principis, circa ordinem judiciorum
in genere, deprehendi in Responso quodam, ab illustri
Facultate Juridica Fridericianæ nostræ M. Dec. 1701.
elaborato, quod, quia ad illustrationem præsentis the-
matis facit, hic inferre instituti ratio postulavit: Ob wel
Be lagte sich auf die vorige Acta beruffen/ darinnen sie
vol. 3. fol. 93. bereits absolviret/ und also contra ordinem.

Pro-

39 CAP. III. DE CAUSIS IN QUIBUS
Processus zu seyn vermeinen/ daß Thro. Hochfürstl. Durchl.
zu S. 3. ex plenitudine potestatis darein gesprochen/ und
denen Klägern wider die ergangene Urtheile Beyfall ge-
geben.

W. a. d. solche Urtheile niemahls rechtes kräftig / son-
dern dere effectus allezeit per remedia suspensiva aufgeho-
ben worden/ und also die Beklagten daraus kein jus quæsitum
erzwingen können/ und gleichwohl einer hohen Landes-Obrigkeit/
wenn sie darum imploriret wird/ oder die Sache sonst zur Co-
gnition vor dero Regierung kommen/ wol befugt ist/ nicht so
sehr auff den ordinem Processus, als auff die justitiam cau-
se & æquitatem zusehen/zumahl aus unsren Rechten bekand/
daß auch denen Präsidibus Provinciarum erlaubet sey zuer-
kennen/ quod ei viñum fuerit justius & melius , da hinger-
gen nur die Unter - Richter ad leges Processuales ad-
stringiret werden/

Auth. hodie jurant. Cod. de Judic.
Welches daher umb soviel mehr ein Fürst des Röm. Reichs
verrichten kan / als welcher in seinen Lande eben derglei-
chen Autorität / als der Kayser im Reiche hat / zumahl
wenn demselben das jus de non - appellendo zusthet/wie sol-
ches in gegenwärtigen Fall Thro. Hochfürstl. Durchl. unstreitig
haben / woraus das summum jus cognoscendi & corri-
gendi iniquitatem in processibus commissam von selbsten
fliesset / und zu wünschen wäre / daß solchem rühmlichen Ex-
empel überall von Hoher Obrigkeit nachgefolget / und die
justitia meritorum causæ, so lange noch kein ordentlich judi-
catum vorhanden; dergestalt untersucht/ und den unrecht leis-
genden Obrigkeitliche Hülffe geleistet würde/ in dem die Pro-
cess - Ordnungen nur eigendlich vor die Unterrichter / nicht aber
vor die Hohe Landes-Obrigkeit gemacht worden / weil sonstens/

wer

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 41
wen diese contra iniuriam processus einen unrecht Leis-
tenden nicht succuriren könnten / solche Ordnungen ein vincu-
lum iniuriae seyn würden / wozu doch nicht einmahl der Eyd
jemand verbindet kan.

Cap. 18. X. de Jur. ej.

Wann nun ic.

§. II. Patet exinde satis potestas Principis circa or-
dinem judiciorum, ad quem etiam remotiones appelle-
tionum pertinent. Quod ut eo magis illicescat, ad-
ducam nunc causas, in quibus pro varietate cir-
cumstantiarum, tum & natura earundem, appellations
removeri possunt a Principe. Ubi ab initio extra dubi-
tationis aleam positum esse existimo; Quod manifeste fri-
volia & nulla appellatio in quaunque causa rejici & removere
possit. Cui asserto iucem fenerabitur sequens Respon-
sum illustr. Facultat. Jurid. in hac alma Fridericana, M.
April. 1702. An die Gräffl. R. Pl. Negierung nach G. quod
hische terminis conceptum est: Als dieselbe uns zwischen den
nen W. Gebrüderen und den von S. ergangene Acta, nebst des
von S. eingewandte Protestation, und nachmals an das
Käyserl. Reichs-Hoff-Raths Collegium geschahene provoca-
tion zugefand / und über diese Frage:

Wie der aniso noviter eingewandten und zur Verschleiss-
fung der Sache augenscheinlich abziehlenden Appellation,
so woll als wenn künftig dergleichen Appellationes weiter ein-
gewandt werden solten mit bestande Rechten / und ohne sich ei-
nes attentats theilhaftig zumachen / zusteuren?

Sich des Rechtes zu berichten ic.

Ob nun woll in dubio eine jede Appellation an die höch-
sten Reichs-Judicia anzunehmen ist/ allermassen solche zu dem
Ende gesetzet worden/ damit ein jeder gravirter Theil/ um bes-
tere

42 CAP. III. DE CAUSIS IN QUIBUS

sere Justiz zu erlangen seine Zuflucht dahin nehmen könne/daher auch einige Dd. dahin schließen/ daß die decisio dieser Frage/ ob eine Appellatio admissibilis sey oder nicht/ dem Ober-Richter nicht aber dem Judici a quo zustehet. W. q. d. solches sonst heilsame beneficium Appellationis zum ößtern aus bloßer Maliz und zu Verschleißung der Sachen eingewand wird/ allermassen selches in dem Kayserl. denen Herren Graffen R. ertheilten Privilegio Appellationis selbst erkandt und beklaget wird/ und solches sich hieselbst in gegenwärtigen Fall augenscheinlich befindet/ da der von S. die erste appellation, ob non factam introductionem desert werden lassen/ in welchen Fall ein Unter-Richter super desertione so wohl nach gemeinen/als Sächsis. Rechten zuerkennen befüget ist/

Gail. lib. 1. Obs. 137. n. 3.

Berlich. P. 1. concl. 50. n. 185.

Carpzov. Process. tit. 18. art. 6. n. 112.

Dergleichen cognitio hieselbst erfolgt/ hingegen der von S. sich noch ante publicationem sententiae einer abermähligen appellation angemasset/ und also fätsam bezeuget/ daß er nichts anders intendire/ als mit Vorsatz seinen Gegentheil auffzuhalten/zumahlen bereits in Actis Consistorialibus von 15. Aug. Anno 1701. fol. 58. die Beklagte von der Einlassung freygesprochen/welches Urthel/da die Leuterung re jiciret worden/ und der von S. es dabey bewenden lassen/ seine Rechts-Kraft erreicht/ und also um so vielmehr/ daß die Appellatio trivola sey erhellet/ und gleichwol kein Judex verbünden ist/ manifeste frivolam appellationem zuzulassen; Hingegen aber auch ein Judex post interpositam Appellationem procedens pro attentante geachtet wird/

Blum. in Process. Cam. Tit. 53. S. 6.

So ist am Sichersten/ daß so fort von den Appellantten/ laut Kayserl.

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 43

Kayserl. Privilegii das Juramentum calumniæ erfordert werde/da dann in Fall der Appellant solches recusaret/die Appellation schlechter dings verworffen werden kan/in dem in ist gedachten Kayserl. privilegio solches expresse enthalten/ daß in Entstehung dessen die Appellatio nicht angenommen werden soll. Im Fall aber ein Appellant solches würcklich ablegen würde un̄ nichts desto minder die Unerheblichkeit der Appellation offenbar seyn solte; So ist alsdenn zwar die Appellatio zu allerunterthänigsten Ehren ihrer Käys. Maj. anzunehmen/und mit der Execution einzuhalten/ jedennoch aber so fort ein Auffürlicher Bericht al zustatten/und daß die Processus appellatorii nicht erkandt werden mögten/ durch genugsame Vorstellung zu suchen. B. R. W.

S. III. Præterea Appellatio removeri potest si causa, ex. gr. civilis per modum recursus & Appellationis ad Judicem Ecclesiasticum devolvalur. Elegans & illustre præjudicium in ipsa Camera contigit in *Actu declaracionis in Bannum novissimo 1698. 7. (17.) Jul. in Catharina Mottet contra Walth. Caunotte.* Nimirum quia officiales Archi-Episcoporum & Episcoporum Germaniae, *Coloniensis, Trevirensis, Monasteriensis, Lodiensis,* nomine Principalium Jurisdictionem secularem exercent, vid. D. Bossard. In dem Bericht wegen der Stadt Köln. Cap. 9. Exinde ortus est abusus Appellationum, ut scilicet ab hisce Officialibus condemnati provocare soleant ad *Officiale Megopolitanum*, de hinc ad Nuncium Apostolicum, Coloniae aut Bruxellis commorantem, & tandem ad Curiam Romanam. Atque hanc Appellandi licentiam defendere annixi sunt Joh. a Chokier *in vindic. libert. Ecclesiast. 1630.* & Joseph. Sacripante *in defens. Jurisdic. Eccles. 1688. edita.* Verum has Appellationes ad Curiam Romanam in suum præjudicium fieri, rete-

44 CAP. III. DE CAUSIS IN QUIBUS
conqueritur Judicium summum Imperii Camerale, ex-
vulgato scripto sub tit. *Justitia Declarationis in Bannum fa-*
cte in Camera Imperiali in dict. Caus. Cath. Mottet. &c. Reus
enim in hoc Processu Waltherus Caunotte, Civis Leo-
dienensis, condemnatus appellaverat ad Rotam, & senten-
tiam declaratoriam incuriarum Excommunicationis &
aliarum ecclesiasticarum censurarum contra Camerales
impetraverat; Verum huic iniquæ censuræ Romanen-
sis Curiae non solum Camera masculine fémem opposuit; sed
& in Append. alleg. Iustit. Declarationis &c. Num. III. us-
que XVI. comparent Mandata de tollendo Recursus ad Apo-
stolicos in Civilibus & temporalibus caus. &c. frequenter edita
ad Appellationes hasce rejiciendas. Et sane justissime
removendas jubent tales Appellationes Cæsar & Came-
ra. Quia enim illi Archi-Episcopi & Episcopi sunt si-
mul Principes Imperii, & sic duplē personam susti-
nent, ipsorum Officiales jurisdictionem secularem exer-
centes, non judicant tanquam vicarii Episcopi, sed Prin-
cipis secularis; hinc nec Appellatio ab iis ad Nuncios
Apostolicos aut Curiam Romanam, sed ad supraemam Ju-
dicia Imperii dirigenda est. *Quando enim in una eademque*
persona, recte concludit Salgado, concurrunt diversa iura,
quibus mediantibus diversas personas representant, non est judi-
candat tanquam una, sed tanquam plures, & quando ad invicem
junguntur duo officia, utrumque retinet iura sua. In Tract. de
supp. ad Sanctiss. & ret. Bull. P. 2. Cap. 15. num. 32. Atque hoc
ipse Papa Alexander III. in Cap. Si duobus. §. Denique X. de
Appellat. fatetur.

§. IV. Quemadmodum vero in genere hæ Appel-
lationes removendæ sunt mandatis & Rescripis, ita in-
specie in territoriis & Provinciis Statuum illæ Appellatio-
nes

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 45

nes rejiciuntur in causis & negotiis, quæ moram non ferunt, & quorum celerior expeditio cursum Commercialium promovet, unde simul incrementum regionum, penderit. Inde est, quod causæ mercatorum concernentes commercia, magis ex æquo & bono, quam secundum subtilitates & apices juris decidi debeant, quod Marquardus pecul. Tr. de Jure Mercat. & Lauterbach. Diff. de Jure circa Mercat. passim indigitant. inspecie vero hoc valet de literis Cambialibus (von Wechselbriefen) & inde ortis controversiis, quæ in continentि deciduntur cum parata executione. Nam schedulæ hæ collybisticæ, habentur facta recognitione & acceptatione, pro instrumento garantigato, adeo ut remora & exclusa omni Appellatio- ne, tam quo ad effectum suspensivum, quam devolutivum, regiam manum h. e. celerrimam executionem, habeant. Nicol. de Passer. de Privat. Scriptur. lib. 3. quest. 43. Ansald. de Ansald. de Camb. Disc. 3. n. 3. & Disc. 4. n. 3. & 23. Sigismund. Scacc. de Comm. & Camb. §. 7. gl. 5. n. 4. Ill. Dn. Stryck. Diff. de Accept. Tit. Cambial. Cap. V. §. 18. Cambia enim, considerato eorum initio, introducta sunt pro Mercatoribus, qui peregrinantes & in locis alienis negotia sua expedientes, maxima paterentur damna, nisi Cambia haberent paratissimam executionem Mevius P. 9. Dec. 133. Dn. Grube de Process. Fori Pruten. cap. 3. §. 84. n. 251.

§. V. Atque hoc prudenter etiam constitutum est im Königl. Preuß. Wechsel-Recht/in der Chur- und Markt Brandenburg zu observiren, publiciret 1702. cuius Artic. XL. ita conceptus est: Auff daß auch in Wechsel-Sachen die Justiz umb so viel schleuniger administrirt werden möge/ so soll in denen Fällen / welche durch diese unsere Wechsel-Ordnung regulirret seynd/ keine Appellation statt haben; fals aber

Sachen vorkommen/ so hierdurch nicht decidiret seyn möchten/
wollen wir zwar die Appellationes an die gewöhnliche höhere
Gerichte allergnädigst verstatten/ jedoch dergestalt/ daß der Ap-
pellant die in den Wechsel-Briessen enthaltene Summe ge-
richtlich deponiren/ und nebst dem in casum succumbentia
über Erfüllung Kosten und Schaden in hiesigen Resi-
denzien 50. in andern Städten aber 30. Rthlr. zuverlegen ange-
halten werden solle. Concordat etiam cum hac constitutione,
scilicet quo ad remotionem Appellationum in Cambiis,
Preußisches Wechsel-Recht Art. 1.28.29. add. Dn. Stryk. l.c.

S. VI. Sequuntur privilegia, contra quorum ex-
pressum tenorem litigantibus & causa cadentibus merito
appellatio deneganda est. Certe enim cavillatoria
est exceptio, quæ privilegio utentibus opponi solet, illos
quorum interest non esse auditos (Sie wären wegen die-
ses privilegii noch nicht gehöret worden zu Hesse) propterea
enim privilegium est, quod specialem gratiam Principis
contineat, privans generalem legem aut consuetitudinem
sua vi & autoritate, quo ad personam vel corpus
privilegio & immunitate gaudens. Ubi puto temera-
rius cancellis potestatem Principis includendam fore,
si ille, deliberato & ex certa scientia, certis personis non
posset hanc vel illam immunitatem aut gratiam conce-
dere, priusquam reliqui subditi aut civitas desuper grava-
mina sua & querelas exposuisset. Imo ne quidem a pri-
vilegio propter sub- & obreptionem appellationem recipi,
testatur Mevius Part. 8. Decif. 377. Appellatio enim
propterea removenda est, quia tenor privilegii clarus
est. Hinc unicum nunc Rescriptum illustris cuiusdam
Regiminis, confirmationis majoris gratia, adducere non
präter rem erit. Ita vero illud sese habet: **Bey der Churf.**

B.

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 47

W. Regierung alhier ist verlesen worden/was ihr wege der zwische
J.S.B. und den Obern und andern Meistern des Wagner-Hand-
werks alhier irrig enthaltener Sache fürgestellt/ und wessen ihr
darunter beschieden zu seyn verlanget. Wir remittiren sol-
che Acta hiedurch an euch/ mit dem Bescheide daß kein Remem-
rium suspensivum oder devolutivum wieder Sr. Churf.
Durchl. gnädigste Privilegia zulässig/ welchen den der ertheil-
te Abschied gemäß/und daher die Leuterung so wol/als even-
tual Appellation zu rejicren ist/ und seynd ic. D. H. den 7.
Sept. 1700.

§. VII. Referuntur hoc porro causæ alimentorum,
quippe quæ favoribiles sunt, moram non ferunt, & hinc
appellatio in illis rejicitur ac removetur. Elegans hanc
in rem Responsum adducit Ill. Dn. Stryck. in Not. ad B.
Brunnem. *Jus Ecclesiast. Lib. 2. Cap. 18. §. 28.* cuius potiora
verba scopo nostro imprimis inservientia ita fe habent:
Weilen nun solche causa alimentorum keine moram leidet/
so ist auch die Appellation bey so gestalten Sachen nicht zulässig/
sondern es ist genug wen ihm eine Frist von 4. Wochen zu
Beweisung seiner vermeinten Exception eingeräumet wird/
jedoch daß Er in desß die Alimenta entrichte. Idem dicen-
dum esset de casu, si quis stuprum confiteatur & ad al-
imenta condamnetur, sicque appellat, quia scortum il-
lud cum pluribus concubisset, appellatio rejicienda, &
sufficit certus terminus ad id probandum, assignatis inter-
im spurio alimentis, Palæott. tr. de spur. cap. 48. Schilt. ad
*Jus Canon. tit. de Concub. §. 6. Simon. Diff. de uno pro omni-
bus Sect. i. memb. 5. §. 4.* Præteriorum vero alimento-
rum non similis habetur ratio, quia hic cessat periculum
moræ, Lancellott. de Attentat. Part. 2. Cap. 12. lim. 24. n. 8.
Mevius P. I. Decif. 168.

§. VIII.

§. VIII. Ex eodem fonte, scilicet quod moram non ferentes res sint inappellabiles, fluit, quod de reparatione aggerum, & pro hac præstandis, appellationi locus non detur. Lancellott. l.c. lim. 43. & testatur harum rerum peritissimus Mevius Part. 3, Decis. 163, num. 1, quod hoc in consuetudinem transferit in iis locis, ubi ex aggeribus possessiones & utilitates agrorum redduntur a periculis aquarum & inundationibus securæ, ut causæ aggerum non habeantur appellabiles, quod etiam Cameram Imperialem ita sequi, ex negatis in tali causa processibus semet observasse dicit. Idem dicendum est de controversiis ædilitiis (Bau-Sachsen) conf. cap. I. §. 20. Expedit enim Reipublicæ non solum si Urbs ruinis non deformetur, sed etiam si novis ex fundamento exstructis exornetur, & indicium florentis Civitatis esse solet, ubi ædium non vile precium est, & ubi certatim incolæ novas exstruere laborant.

§. XI. Porro concedunt Dd. quod in *causis sepulturæ Ecclesiastica* removeatur appellatio, Carpzov. *Jusrispr. Consistor.* lib. 2. def. 395. etiam in *causis prius*. Scacc. de Appellar. qu. 17. lim. 8. Bart. in *L. mala. ff. de Alim. & Cibar. & Decimiarum. Cap. tua. 26. X. de Decim. Greg. Tholof. de Appell.* lib. 2. cap. 9. n. 2. Mevius. P. 6. dec. 394. Nisi a sacris usibus ad profanos conversæ sint, ubi a Decimis appellare licet, maxime quando Collectoris excessus arguitur. Mev. de Decis. 394. num. 6. conf. Mynsing. cent. 5. obs. 10. per tot.

§. X. Utia autem res moram non ferentes appellationem respunnt, ita illa rejici potest, si sententio sit lata in causis modicis, in quibus Processus appellatorii non facile admittendi sunt. Hinc in *Ordinat. Process. Magdeb. c. 6. §. 2.* constitutum reperitur, quod in causis modicis,

qua

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 49

quæ non ultra 300. Thaleros æstimari possunt, nullum medium suspensivum admittendum sit. Quanquam vero jure civili, per L. 20. Cod. de Appell. & Jure Canonico, per Cap. 2. X. de Appell. appellatio etiam in minima summa permisla sit; attamen ob abusum Appellationum, merito Ordinationes processuales id restrinxerunt. Quod verbis Zinzerlin-
gii tr. de Appell. num. 721. lit. C. optime poterit elucidari.
*Ut maxime aliquando, inquit, ab inferiore Judice in minori-
bus causis quis inique gravetur; tanti tamen hoc non est faci-
endum, ut ob id libera concedatur facultas seculo hoc litium fera-
cissimo, hominibus temerariis in quibusvis causis appellandi.* add.
Ziegler. in Dicast. concl. 23. §. 18. Exc. Dn. Jo. Sam. Stryk.
Diff. de Reiect. ab Actis. cap. V. num. 15. seqv.

§. XI. Quid vero, si aliquis tres conformes senten-
tias pro se habeat, adversarius autem hisce non conten-
tus ad ulteriorem Appellationem configiat, queritur, an
ad preces & supplicationem illius, qui victoriam hæc-
tus reportavit, Princeps ulteriorem Appellationem re-
movere posse? Cujus questionis affirmativa decisio ea
magis amplectenda videtur, quo clarius in L. un. Cod. ne
liceat in una eademque causa tertio provocare, hoc asseritur.
Quanquam vero in Camera, teste Gailio Obs. Camer. lib. 1.
obs. 72. num. 3. tertia & quarta Appellatio recipiatur, ne
fraud fiat jurisdictioni Imperiali, ceu illam rationem as-
signat Mynsing. Cent. 1. obs. 15. & etiam fori Saxonici ob-
servantia abrogatam esse hanc constitutionem Juris Ci-
vilis, afferat Carpzov. Resp. Elect. lib. 3. tit. 10. resp. 101. num. 14.
Nihilominus non immerito optat Petr. Friderus, vulgo
Mindanus, lib. 2. de Mandat. cap. 27. ut vigori pristino re-
stitueretur Constitutio Cod. tot. tit. ne liceat in una ead. caus.
Et sane haud mediocrem pruritum litigandi arguit, si

G

quis



50 CAP. III. DE CAUSIS IN QUIBUS

quis ultra tres sententias diversas per Instantias latae easque conformes, adhuc velit adversarium victorem nova appellatione fatigare. Hoc vero lubenter conceditur, quod ad conformitatem sententiæ requiratur identitas causæ, rei, qualitatis & personarum. B. Brunnem. ad d. L. un. num. 4. quæ subesse non creditur, si a duabus conformibus sententiis appellatum, & in tertia sententia appellatio pro deserta habita, vel Revisio negata, Mevius Part. I. Decis. 18.

§. XII. Cæterum omnis generis causæ & processus, qui spectant Regalia Principis, item Policey-Sachsen / huc pertinent. Nam cum hisce ita comparatum est, ut si desuper Appellatio ad suprema Judicia permittere-
retur; revera Princeps laederetur in exercitio superioritatis & regalium jurium, contra quod tamen iis ab-
unde prospectum est Instrum. Pac. Artic. gaudeant. 8. tum &
Capitulationibus novissimis, cœi supra jam Cap. II. §. 14.
verba ex Capitulatione Josephi allata sunt. Eum in fi-
nem notabilia sunt verba ex Rescripto Brandenb. d. D.
Cöln an der Spree. 22. Jul. 1693. Als ist unser Meynung/
daz wir in Sachen Unsere Regalia betreffend / keine Ap-
pellation an das Kaiserliche Cammer-Gericht / oder den
Reichs-Hoff-Rath verstatten / noch derselben gewärtig
seyn wollen.

§. XIII. Cum autem haec res non parvi momenti sint, forte non injucundum erit, nec præter rem, hoc ulterius illustrare Rescriptis principalibus, in causa Regalis juris venandi, inter Principem & Senatum Municipii aliquius ventilata, mihi a Patrono quodam benevolo communicatis. Nimurum cum in hac causa Senatus. municipalis per varias instantias condemnatus semper fuil-

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 51

suisset, & tandem ultimum refugium per modum Appellationis ad Judicium Imperii supremum quæreret; ex Aula ad Regimen hujus Provinciæ , ubi Processus hactenus ventilatus fuerat, ita recrirebat: Weil der Magistrat zu N. N. unterschiedliche Instantien in dieser Jagt-Sache gehabt / und darinnen nichts gegründetes / womit er die prætendirete Besigkuss beweisen konte hervorgebracht/darinnen-hero er auch cum inhibitione mit seinen Suchen abgewiesen worden / so hätte ihm keines Weges gebühret / wieder unsere Verordnunge/ daß in Sachen/welche unsere Regalia betref- sen/ keine Appellation an das Käyserl. Cammergericht und Reichs-Hoff-Raht verstattet werden soll ; sich dergleichen zu unternehmen ; Ihr habt also mehr erwähnten Magistrat dieses mündlich zu remonstriren / und ihn zubedeuten / auch in Fall die Appellation angenommen seyn möchte/ nöthige Vorstellung zuthun/das in solchen Fall Relation zu fordern/ und nicht so fort die Appellation anzunehmen sey. x. re.

§. XIV. Nullum igitur est dubium hoc casu Appellantibus peccare in Principis jura, & hinc poenis ab eo affici posse. Verum quia Principes, tanquam indulgentissimi Patres patriæ,clementiæ potius , quam severitatis rationem habere solent, contenti ut plurimum sunt revocatione & renunciatione Appellationis ab Appellantibus facta. Quod,cum & in modo memoratu casu contingeret, sequens Recriptum d. D. 13. Septembr. 1697. ex Aula B. emanabat: Ihr sehet aus beygeschlossener Abschrift/ Was Bürgermeister u. Raht aus N. zum Beweis ih rer Jagt-Gerechtigkeit/ ohngeachtet Ihm solche per sententi- am ; und daraus weiter erfolgte confirmatoriam,gänzlich überland/ annoch aufführen ; auch wie sie sich/ der am Käyserl. Cammer-Gericht erhobenen Appellation begeben/und

52 CAP. III. DE CAUSIS IN QUIBUS

dagegen das Remedium extraordinarium supplicationis ex-
greissen / auch ferner gehöret seyn wollen r. ic. Nun wären
wir woll befugt / Wegen der zur Ungebühr vorgenomme-
nen Appellation sie zubestrafen r. ic.

§. XV. Quid autem si Appellatio super tali causa,,
aut similis argumenti instituta, & ad suprema Judicia Imperii
devoluta sit, an mox mandata & inhibitoriales ab iisdem
sunt decernenda? Resp. hæc quæstio decisionem capit ex
allato §. 17. Capit. Joseph. ubi cautum daß in solchen Fäl-
len/dem letzten Reichs-Abschiede gemäß die interessirten Thur-
fürsten und Stände vorhin vernommen werden sollen: Ig-
itur prius, quam Appellationi deferatur ab hisce Judicis,
literæ Informatorie desuper ad Regimen, a quo provocatur,
mittendæ, conf. Cap. II. §. XIV. ab hoc vero rela-
tio frivolæ appellationis remittenda. Bene hoc etiam
observatum esse deprehenditur in Rescripto sub dato
Ouranienbourg d. 17. Jan. 1696. Wir seyn im übrigen dieser
gnädigsten Meinung/ daß Ihr die Euch insinuerte Processus
appellationis, Citationis, Inhibitionis, & Compulsoria-
lium nicht so schlechter Dings annehmen/ vielweniger so fort ein
Documentum Insinuationis & Requisitionis Actorum ertheilen/ son-
dern den Bothen damit zurück weisen/ und daß Ihr Be-
richt abstattet/ Ihm zum Schein geben sollet. Weil
aber der Magistrat in dessen seine gehabte Intention depre-
ciaret/ und ad remedium extraordinarium supplicationis
seine Zuflucht genommen/ so habt Ihr denselbigen nuhmero zu
Edirung des Revocations-Scheins/ woinnen Sie gestehen
müssen daß Sie frivole appellaret/ in dem in der gleichen
Sachen keine Appellatio ad summum Judicem statt findet/ an-
zuhalten/ solchen Schein dem Kaiserlichen Cammergericht ver-
mittelst der gewöhnlichen Relation zuzusenden/ unsere Berecht-
sahm-

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 53
sahmkeit darbeneben zu remonstriren/ und anzuführen/ daß
man nicht so fort hätte Process erkennen/ sondern zuvor
derst Bericht erfordern sollen u.

§. XVI. Quodsi itaque Princeps, remota Appel-
latione, ex indulgentia beneficium supplicationis hoc ca-
su indulget, simul certum modum terminumque huic
Processui statuere potest. Docent hoc verba imme-
diate sequentia ejusdem Rescripti: Wann solches gesche-
hen / so seyn wir nicht abgeneigt / dem Magistrat zu N. das
beneficium supplicationis extraordinarium zuverstatten/
wie auch daß Sie dasjenige/ was Sie deswegen annoch an-
zubringen vermeynen/ in 2. Säcken ins Werk richten/ und
sich indessen/bis finaliter erkandt worden/ aller Tagten/ weilen
das beneficium supplicationis keine suspensionem executionis in-
feriret/ gänzlich enthalten sollen. Instituitur vero proces-
sus coram ipsis consiliariis Principis, quibus in causis
principem & subditos concernentibus, remissio obse-
quii sit, Sie werden ihrer Pflicht/ damit sie dem
Landes- Fürsten verwandt/ in denen Sachen und nicht
weiter/ Kraft dieses erlassen: verba sunt der Magdebur-
gischen Proces-Ordnung. cap. 3. §. 2. Idem constitutum
reperitur in Ordin. Dicasterii Pomerania Regio-Pruss. tit. 31. §.
s. add. Dn. Jo. Sam. Stryk. Diss. de Remiss. Obsequii.
cap. 4.

§. XVII. Inter Regalia jura Principis etiam ex po-
tioribus est jus collectas & contributiones indicendi. U-
bi quidem Martini in Proces. Sax. ad tit. X. §. 6. n. 129. ap-
pellationem concedit in causis Collectarum, si de inæqua-
litate, de consuetudine vetere immutata, aut æstimo, sive
catastro querela est, provocans simul ad Mevii Part. I.
Dec. 148. & 149. Verum appellations regulariter hic esse

54 CAP. III. DE CAUSIS IN QVIBUS
illicitas, si dirigantur ad Judicia suprema Imperii ad de-
clinandas contributiones, nullum est dubium, add. Capit-
tul. Leopoldi art. 18. ibi: und die weil auch vorkommen daß in Sachen Hochfürstl. Obrigkeit und Regalien als *in specie juris Collectarum* und sequela u. d. gl. rc. Nec nobis contrarius est Mevius l.c. quippe qui loquitur de cedula contributionum acta in judicio inferiori, ubi cum ipso concedimus, quod tunc appellatio fieri possit ad superiorem. conf. dec. 149. nmm. I. Ejus vero, verba sunt ejusdem, ead. Decis. n. quod ex lege consuetudine, conventione aliove titulo (verbo: ex superioritate territoriali) extra controversiam debetur impositio appellationem non admittit. Igitur Princeps propter superioritatem territorialem liberiores habet manus circa modum collectarum & contributionum, an velit, ut antiquus modus per subcollectas retineatur, an vero, (quod magis utile videtur, vid. Autor der neu entdeckten Goldgrube in der Accise, & confirmante quotidiana experientia,) hunc in Accisam commutare velit. Totum enim jus collectandi & tributa indicendi dependet ab arbitrio Principis huj, vero norma debet esse salus publica, conf. Dn. Stryk. Diff. de Jure subcollect. cap. II. §. 7. sequ.

S. XVIII. Accedendum vero nunc etiam est ad causas Politicæ Ordinationis Polizey Sachen/ ubi perinde Appellationem esse removendam a Principe, juriuum suorum custode, siquidem de facto illa instituatur, indoles & genius superioritatis territorialis suadent, imo jubent. Evidem apud Mevium part. 3. occurrit integradecisio 154. inquirens, an & quando in causis politicæ ordinatōnis appellationi locus sit, & tandem eo collimare videtur, ut appellatio hic non plane debeat removeri, quod, & peritissimo Viro facile largimur, si a ma-
gi-

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 55

gistratu subalterno, ex potestate a Principe commissa, aliquid circa politiam constituantur, unde certum collegium vel ordo civium gravatum se sentiret, tunc enim appellatio posset ad superiorem fieri, conf. n. 7. & fin. alleg. dec. 154. Ceterum si causæ circa politiam, opifica, collegia certo determinatae sint ex Ordinationibus Statuum Imperii, appellationem remotam esse ipse, alleg. Dec. 154. num. 4. fatetur. In Summa: quoties hodie Princeps, vel quilibet Status Imperii ex superioritatis territorialis excelsa potestate aliquid constituit circa regimen, civitatum, conservationem Reipublicæ, ordininationes politicas condit; torties civibus & subditis, si gravatos semet prætendant, omnis appellatio ad superiora judicia deneganda est, ex innata tamen clementia Principum medium extraordinarium supplicationis patet.

§. XIX. Hinc facile nunc dijudicari poterit, quid de illo casu judicandum sit, si Princeps, aut Regimen Provinciæ ejus loco, ordinationem circa moderandum luxum vestium, aut in cibo & potu, (sumptual-Kleider oder Ordnung) condat, illaque ordinatione, certus ordo civium privilegiis & summis litterariis honoribus ornatus, gravatus est ac in unam classem cum illiteratis & inferioris ordinis hominibus compactus sit, hicque desuper appellationem instituat ad Cameram aut Judicium Aulicum Viennenense. Videtur vero hanc Appellationem a Principe non posse removeri, quia in legibus & Recesibus Imperii ista privilegia memoratis personis sunt tributa, ut non Scribis, sed Nobilibus & Equitibus parificare sint, ceu id dudum a Walthero de Gradib. Academ. & qui hunc multis parasangis superat, Jo. Wilh. Ittero tr. e jussd. tituli edit. noviss. Fregismont de dignit. Dd. aliisq; hujus

56 CAP. III. DE CAUSIS IN QUIBUS
jus argumentis scriptoribus, copiose ex ipsis legum pub-
licarum visceribus (ceu nonnulli loqui amant) evictum
ac probatum est. Hinc quando controversia iis de præro-
gativa tali moveretur, non videtur recursus denegandus
ad Imperii commune Tribunal, cum totius Imperii con-
fensu universalibus legibus talia privilegia iis indulta
sint. Evidem suo pondere haud dubie non desti-
turæ fuissent hæ rationes, si eo tempore cum istæ
leges conditæ sunt, aut non multo post adductæ fuissent.
Nunc cum status Imperii sit mutatus, inde etiam simul
mutationem veteris appellandi licentiae infert. Hinc
cum in illustri quadam Provincia, quæ sub sceptro Po-
tentissimi Principum florere incipit, casus in terminis
terminantibus contingenter, Appellatioque super læsione
ex ordinatione vestiaria ad Cameram devolveretur, hæc
appellatio Rescripto Principis remota est, appellantes-
que eidem renunciare adactæ sunt, quamquam de cetero
illa non sine fructu fuit, dum, si non expressa, tamen
tacita abrogatio per non usum dictæ ordinationis se-
cuta.

§. XX. Supereft, ut priusquam præsentem ma-
teriam relinquamus, de *Leuterationibus* in processu
Saxonico frequentibus, earumque remotione, pro
instituti ratione agamus. Nimirum uti affinitatem ha-
bent leuterationes cum appellationibus, paribusque abu-
sibus subjectæ sunt; ita perinde possunt rejici istæ & re-
moveri. Imo facilius leuterationes removeri possunt
etiam a Judicibus inferioribus. Hinc in *Ordin. Proc. Sax.*
tit. 35. §. 4. dispositum est: *Das nicht allein in denen Leu-
terungs-Sachen die Muthwilligen Leuteranten / welche keine
Declaratorium erhalten/ in die expensas retardati proces-
sus*

APPELL. PRINC. REMOVERE POTEST. 57

sus, verurtheilet werden / sondern auch in unsrer Regierung/ Appellation und Hoff-Gerichte Discretion und arbitrio sie- he/ob sie nach Gelegenheit der angeführten gravaminum, de- nen Leuterungen / die zumahl noch bey wärenden denen Ge- richten einkommen/deterieren/oder dieselbe abschlagen r. Re- moventur ergo Leuterationes , si Judex nullius mo- menti gravamina deprehenderit. Martini Process. Sax. tit. XXXV. §. 4. num. 12. Tunc autem pronunciare moris est: Dass die eingewandte Leuterung nicht zulässlich. add. ill. Dn. Stryk, in Coll. Pract. Sect. 3. m. 6. §. 2.

CAPVT IV.

De

EFFECTU APPELLATIONIS A PRINCIPE REMOTÆ.

SUMMARIA.

Connexio. Effectus A. R. est celer cursus iusticie. §. 1. Pone, quando contra A. R. provocatio instituitur. Rescriptum alicujus Regiminis desuper. §. 2. Intentio Principis rescriventis cum Cl. A. R. §. 3. equipollentia verba Rescripti an eadem potestate gaudent. §. 4. Effectus Ap- pellationis, v. c. delatio ejusdem a Judice a quo, attentata, A- postoli sive reverentiales sive refutatorii §. 5. cessant, si judex a quo tali rescripto cum A. R. instruētus sit. §. 6. Si Princeps in specie aliquem deleget cum Cl. R. A. an recursus ad ipsum Prin- cipem summum ejus Tribunal sit sublatuſ. §. 7. An Rescriptum cum Cl. A. R. tantum operetur circa appellations frivolas. §. 8. Quid si Judex talis abutatur potestate & iuste procedat? Resp. appellatio denegatur, non v. remedium supplicationis. §.

H

9.ul-

9. ulterius hoc confirmatur. §. 10. vires CL.R. A. si in Rescripto diversa negotia tractentur. §. 11. An delegatus Judex cum Rescripto A.R. possit ut suspectus rejici. §. 12. Quando cesset vis Cl. A. R. in tuitu juris tertii. §. 13. Impedit Cl. A. R. omnia remedia suspensiva, & in specie Denunciationem Evangelicam §. 14. Nec licet hoc casu appellare ad vallem Josaphat aut judicium divinum. §. 15. Conclus. totius Dissert. §. 16.

§. I.

Dicitur. Ostquam nunc perlustravimus causas, in quorum ventilatione appellatio removeri debet; consequens nunc est, etiam perpendere effectum harum remotionum. Ut enim, nisi utile sit quod facimus, stulta gloria reputatur; ita in primis frustra de remotione Appellationū verba fierent, nisi illa res insigni effectu gauderet. Consistit vero ille potissimum in hoc, ut amputatis ambagibus Appellationum, processus eo citius terminentur, & immortalitati litiū ansa præscindatur. Eum in finem, si quis audeat contra privilegia Principum & Statuum, quorum mentio facta est in Capite I. appellationes remotas resuscitare & reducere in praxin, digna pœna talem a Principe, jurium suorum Vindice, affici posse, justitiæ æquitativē consentaneum est.

§. II. Quæ assertio ne alicui dubia videatur, placet eam illustrare ac comprobare Rescripto quodam. Principali ad illustre Regimen alicujus Provinciæ d. D. Cöln an der Spree / 12. Decemb. 1695. Wir haben aus Eurer gehorsamsten Relation von 10. Sept. jüngsthin vernommen, was Gestalt N. N. sich unterstanden / in einer Sache/ betrefend

APPELLATIONIS A PRINC. REMOTÆ. 59

fend eine Summam von 487. Rthl. 12. gr. Unseren von
Kaysrl. Majest. neulich erhaltenen / und den 29. May.
1694. publicirten Privilegio de non appellando
zurwieder / durch seinen Advocatum an den Kaysrl.
Reichs-Hoff-Richt appelliren zulassen / auch dass solche Ap-
pellation daselbst übergeben werden / dociret. Wie nun fol-
che Violation unsers Privilegii propter consequentiam
nicht unbestraft bleiben kan / als habt ihr den delinquenten
deshalb in 200. Rthl. zu condamniren und exequiren zu-
lassen n. Sic etiam 1694. d. 29. May. publico Edicto
omnibus in hoc Ducatu Magdeburgico interdicta appella-
tio super possessorio , cujus edicti verba legere licet in
Dn. Bodini laud. Diff. de Illicita a Principibus Protest. Provo-
cat. in Caus. Eccles. §. 52. Ubi etiam eod. §. adducitur Re-
scriptum d. D. Cöln an der Spree/30. Mart. 1696. quo
Regimini injunctum, daß sie den Appellantem den Urfug
besagter appellation (super possessorio) vorstellen und ih-
nen dabej injungiren sollen / bey Vermeidung einer Straffe
von 2000. Rthl. sich derselben zu begeben / mit der Verwar-
nung / daß wenn sie solche Appellation im geringsten pro-
quiren würden / die 2000. Rthl. alsofort executive henge-
trieben werden sollen n.

S. III. Ut vero haec poena concernebat appellati-
ones per modum privilegii in Statuum territoriis re-
motas; ita negari non potest , quod & reliquæ ap-
pellationes a Principe rejectæ in causis modo enum-
eratis innuant, velle Principem ut celeriter, levato velo,
& ex bono & æquo magis , quam observatis ordinariis
ambagibus fori isti Processus terminentur. Nam
illa est vis & efficacia clauilæ : Remota appellatione , si
illa in causa aliqua a Principe adhibeatur. Cels. Ugon.

G 2

intr.

intr. de Clausul. pag. 421. Vital. de Camban. *de Clausul. pag. 14.* Maranta de Ordin. *Judicior. P. 6. tit.* & quando appellatur. *n. 338.* Menoch. *de Arbit. Jud. Qu. Cas. 19.* Card. Tusch. *Pract. Concl. tom. I. lit. A. concl. 400.* & operatur hæc clausula in omni causa, tam principali, quam incidenti. Cævallos *commun. opin. contr. commun. tom. 4. qv. I. n. 933.* habere quoque locum in causa reconventionis, notant Parlador. *Rer. quotid. part. 5. lib. 2. cap. fin. §. 10. n. 14.* Sigil. Scaccia *de Appellat. quest. 17. lim. 17. n. 23.*

§. IV. Nihil autem refert secundum Dd. sive Principeſ rescribat: *appellatione remota*, sive: *sententia firma*, maneat, & mox executioni detur, Contard. *in L. un. num. 20. Cod. ſi in moment. poff.* sive: *sententia fortifiatur effectum ſuum,* Idem c. l. num. 28. seq. sive: non possit querelare, fit remota omnis contradic̄tio. Ruginell. *de Appell. S. 9. glōff. 2. num. 14.* sive: non audiatur, Marchef. *de Commiss. Part. 1. de Commiss. cum claus. appellatione Rem. cap. 10. num. II.* sive: imponatur perpetuum silentium. Lancellott. *de Attentat. Part. 3. Cap. 28. num. 84.* Nam hæ formulæ ab allegatis Doctoribus pro clausulis coincidentibus & æquipollentibus habentur. Negat vero B. Dn. Brunnemannus. *Proceſſ. Civ. Cap. 28. num. 33.* quod ex formulis istis: *sententia firma permaneat*, imponatur perpetuum silentium & similibus possit totalis remoſio appellationis inferri, quo & inclinat alleg. Scaccia *all. lib. qu. 16. lim. II. num. 28. seqv.* & pro hac opinione militat, quod in arduo hoc negotio, & ubi favor defensionis adest, in dubio verba Principis hunc favorem adiumentia stricte debeant explicari. Nam sic accipiuntur verba Rescriptorum, ut juri convenient, & juxta hoc fieri debet, quod licet non expressum iis inesse creditur.

APPELLATIONIS A PRINC. REMOTÆ. 61
datur. Menoch. de *Præf. lib.* 2. *Præf. 9.* Ne inde injuriarum occasio sit, unde jura oriri debent, *L. Nec Anus. 4. Cod. de Emancipat. liber.* vid. omnino Mevius *P. 2. Dec. 193.* hoc pluribus afferens. Quæ sententia admitti poterit, si insolutum sit appellationem in hac causa removere. Ceterum, si causa talis sit, ubi Princeps solet appellationem rejicere, non puto verba, sed potius mentem Principis attendendam esse. Quæ & mens Mevii est in *d. Dec. 193.* uti appareat ex rubrica: *Delegatio causa cum clausula, ut sententia statim excutioni mandetur, non excludit appellationem, nisi de tali mente delegantis appareret.* Illa vero intentio ejusdem clara est, si verba in Rescripto adhibita: *omni & quacunque appellatione remota.* Nam ex his verbis appellationes esse sublatas, & quod prohibita appellatione in causa principali, stante hac clausula, censeatur etiam prohibita in accessoria, & vice versa, afferit Marchef. de *Commiff. Part I. p. 301. num. 56. & 73. seqv.* add. Scaccia de *Appellat. quest. 16 lim. 1. num. 96.*

§. V. Ordinarie vero Appellationes eo effectu gaudent, ut Judex inferior Appellantem teneatur deferre, quod nisi faciat punitur jure civili XXX. libb. auri. L. 21. Cod. de *Appell. Novell.* 126. cap. 3. de Jure Canonico autem arbitratrice, Cap. 31. X. de *Appell.* Brunnem. in *Comment. Cod. addict.* L. 21. num. 55. Nec ille potest denegare Apostolos, si intra legitimum tempus petantur, quod est 30. Dierum. L. In *Judicibus.* 24. Cod. de *Appell.* Carpzov. in *Process. tit. 18. art. 3. n. 44.* Gail. lib. 1. Obs. 139. n. 15. Quanquam vero communiter sex species Apostolorum tradantur, conf. Martini in *Process. tit. X. §. 6. num. 143.* Potissimum tamen in usu sunt *Reverentiales* h. e. quod detulerint huic appellationi in reverentiam judicis superioris. Vbi hac formu-

la uti solent: Und wie aus unterthänigsten Respect gegett
Ew. Churfürstl. Durchl. solcher Appellation deferivret und sie
ad Acta genommen. conf. ill. Dn. Stryk. in Colleg. Pract.
Cap. 23. §. 8. ut & si Judex frivolam Appellationem vide-
at, Apostolos refutatorios dare potest, quibus Judici supe-
riori significatur, quod appellatio iusta de causa rejecta
sit. Quanquam vero hi Apostoli non tollant appellati-
ones, & cognitio penes Judicem ad quem maneat, an ap-
pellationi deferre velit; Martini in *Process. d. tit. X. §. ult.*
num. 714. id tamen operabuntur Apostoli refutatori, ut
difficilius a superiore recipiatur appellatio, vel ut audi-
entia primum instituatur super acceptanda vel
rejicienda appellatione. Dn. Stryk. *Introd. ad Prax. Forens.*
cap. 23. §. 121. & in *Colleg. Pract. Sect. 3. membr. 6. §. 12.*

§. VI. Verum si rescripto Principis Appellatio re-
mota est, judex nullatenus debet deferri appellationi, &
quamvis appellatione pendente nihil possit innovari,
tot. tit. ff. nihil nov. appell. interpos. tamen hoc fallit, si Prin-
ceps appellationem removit. Hinc Judex a quo appel-
latum est hoc casu, potest sententiam suam exequi, nec
attentata committit, Marches. de *Commiss. Part. I. cap. 8.*
num. 82. Flamin. de *Resignat. lib. I. qv. 7. n. 163.* Scacc. de *Ap-*
pellat. qv. 16. lim. I. num. 94. seqv. Gvido Papa *dec. 23.*
num. 3. Seb. Vantius *de nullit. tit. ex defect. Jurisd. num. 142.*
Illud vero cum veritate congruere non videtur, quando
Ant. Gomez. *Var. Resol. tom. 3. de delict. cap. 13. n. 32.* existi-
mat, quod Iudex datus cum clausula: appellatione re-
mota, deferendo postea appellationi ex ignorantia ju-
ris, vel ex propria voluntate, faciat ut sententia ab eo
lata suspendatur. Nam hoc tendit in fraudem rescripti
Principalis, & appellatio illa est nulla, *Cap. sicut Romana*
I. X. de Rescript. Cap. Pastoralis 53. X. de Appellat. §. VII.

APPELLATIONIS APRINC. REMOTÆ 63

§. VII. Quod si vero inspecie Princeps aliquem deleget aut Commissarium instituat cum clausula: *remota appellatione*; quæritur, an hæc tali effectu gaudeat, ut postea plane non, ne quidem ad Principem, vel quod eum repræsentat supremum Tribunal, appellari possit? Negat hoc Mevius *Decis. Wismar. Part. 2. Decis. 194.* superiori Judicio hoc ipso manus ligatas haud esse, nec posse operari hoc Rescriptum adversus ipsummet delegantem, aut judicium ipsius vice judicans, contendens. Nam sicut superior non abdicat a se tali clausula jurisdictionem; ita noui præcludit gravatis ad se provocationem. Hanc non eo minus recipere licet, jure potestatis superioris, sed & tenetur ex debito justitia, uti pulchre declarat Scaccia *de Appellat. quest. 16. num. 98.* Nec præsumitur delegans sibilem dicere velle, *L. 1. Cod. d. LL. imo* nec debuit talem, qua nollet audire gravatum. Franch. *in Cap. Pastoralis 53. X. de Appellat.* Quæ sententia eatenus valet, ut Princeps qui hac clausula celerem expeditionem processus intendit, ordinariam quidem viam appellationis cupiat remotam; interim ipse aut ejus regimen vice eiusdem fungens, non deneget extraordinarium remedium supplicationis, si gravamen Justum doceri posse, ceu illud jam *cap. 3. §. 16.* expositum satis est.

§. VIII. Illi vero falli videntur, qui cum Lancelotto *de Attent. part. 2. cap. 12. lim. 8. num. 42.* Franc. Leone *in Thes. For. Ecclef. Part. 2. c. 2. n. 36.* Jos. Sessi *de Inhibit. cap. 8. §. 2. num. 10.* Menochio *de arbitr. Jud. quest. cas. 197. num. 3.* Steph. Gratiano *Discept. For. cap. 41. num. 18.* Marchesio *de Commiff. Part. 1. cap. 10. num. 18.* aliisque existimant, clausulam illam in Rescripto Principali, de frivola appellatione solummodo remota, intelligendam esse, non vero de

64. CAP. IV. DE EFFECTU

de justa & legitima.add.Rebuff. tr. de Appell. art. 7. gloss. 2. n.
26. tom. 3. Enim vero si hæc sententiæ vera esset, valde arctis
cancellic includendæ essent operationes hujus clausulæ,
cujus rei contrarium ramen antea allatum est. Nec ap-
paret, cur illam annætere clausulam in Rescripto nece-
sse esset, siquidem appellations frivola etiam sine ea,
ex officio Judicis ad quem rejici, tum & a Judice a quo lite-
ris sive Apostolis refutatoriis elidi possunt, v. supr. §. 5. A.
gnovit hoc ipse Papa Innocentius III. in cap. Pastoralis 53. X.
de Appellat. ita describens: Quæsivisti, utrum qvando in-
hibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantum inhibi-
bi videatur? nos igitur attendentes, quod per appella-
tionem frustratoriam, etiamsi non fuisset inhibita, ne-
gotium non debeat impediri, respondemus, quod quælibet
provocatio intelligatur removeri. Hinc valet de omnibus
Commissariis hoc Rescripto munitis, quod quælibet ap-
pellatio, licet non frivola sit sed justa, remota sit, licet Dd.
Pontificii vim hanc tribuant clausulæ, si Papa alicui Car-
dinali commisit causam Appellatione remota. Farinac.
fragm. Crim. Part. 2. verb. Judex. n. 963. Cardin. Tusch. Pr.
Concl. tom. 1. lit. A. concl. 400. num. II. quo scilicet dignitas
Cardinalitia quid operetur, Bapt. Fragos. in Regim. Christ.
Reip. p. 1. lib. 8. Disp. 24. n. 224.

§. IX. Interim tamen hoc ambabus manibus largi-
muri Dn. Mevio Part. 2. Decis. 94. num. 12. quod Princeps
delegatum Judicem vel Commissarium constituens cum
potestate de non ulterius provocando, optimam fidu-
ciam in eo collocet, in quo si aberret committens aut
fallatur, & Judex fecus procedat, nec menti, nec pote-
statæ ejus convenire, ut effectum excludendæ defensio-
nis

nis habeat, quod corroborat Petr. Gregorii testimonio *tr. de Appell. lib. 2. tit. 26. n. 7.* Nam Princeps qui hoc modo appellations rejicit, non eo ipso tollit omnem defensionis speciem, quippe quæ per remedium extraordinarium supplicationis patet, ceu supra *Cap. 3. §. 17.* vidimus. Verum ea est intentio Principis hisce rescriptis, ut justitia celeris expeditionis sit, fatente hoc Mevio *cit. Decis. n. 12* ne causa semel per Commissarios, aut alios judices delegatos decila, per novas instantias, ambages appellatum infringatur; sed si notabiliter quis gravatus sit, hoc per supplicationem ad Principem corrigi petat.

§. X. Hoc igitur remedium sive beneficium supplicationis salvum est, non vero appellations, si judex dolo, vel lata culpa sententiavit, ceu loquitur Scaccia *de Appell. quest. 16. lim. 1.* ubi tunc illa vitia sententiæ, in libello supplici clare & nervose adducenda probandaque, quod eo facilius fuscipi poterit, si sententia sit notorie injusta & iniqua. Cardin. Tusch. *tom. I. lit. A. concl. 400. n. 5. seqq.* item quando processus absente parte & non observatis substantialibus esset gestus, Marches. *de Commiss. Part. I. p. 303.* aut alio modo gravamen notorium sit. Lancellott. *de Attent. Part. 2. cap. 12. lim. 8. num. 28.* Seraphin. *de Seraphinis de privil. Juram. privil. 74. n. 46.* St. Gratian. *Disc. For. I. tom. I. n. 17.* tunc enim supplicatio ad Principem integra est, licet in rescripto dictum esset: *omni & quacunque appellatione remota.* Mart. *de Clausul. part. I. claus. 12. num. 7. seqq.* Tusch. *dict. concl. 400. n. 24.* Scacc. *d. I. qv. 17. lim. 15. n. 8.* Marches. *d. Part. I. p. 279.* Ut & restitutio in integrum. Gail. *lib. I. obs. 33. n. 5.*

§. XI. Quid autem, si rescriptum plura diversa nego-

gotia in se contineat una cum clausula : *appellatio remota*, quæritur, an tunc ista ad omnes lites trahenda sit, an saltem ad capita nonnulla ? Evidem si nonnullorum Dd. vestigia premere arrideret, in utramque partem hæc ventilari possent ex materia de odiosis & favorabilibus, & inde derivata extensiva ac restrictiva interpretatione ; Sed quid opus ambagibus cum Pontifex Gregorius IX. in Cap. 71. X. de Appell. jam plene hoc deciderit rescribens. *Inquisitione tua et aliter respondemus, quod quoties clausula, per quam tollitur appellatio remedium in medio literarum ponitur, si sunt plura negotia se minime contingentia, premissa tantum complectatur, nisi forte in fine literarum predicta clausula iteretur.* Omnino enim mens rescribentis hic attendenda est, nam hæc in ejusmodi constitutionibus proram & puppim facit. add. Corletus sing. 33. Corvaruv. Pr. Quæst. c. 15. n. 4.

§. XII. Altioris indaginis vero quæstio est, an Judex delegatus a Principe cum Rescripto: *Appellatio remota*, possit ut suspectus rejici a partibus? Afferunt hoc haud pauci DD. vid. Lancellott. de Attent. Part. 2. c. 6. num. 3. Jac. Laur. tr. de Judic. Suspect. cap. 2. n. 20. Scacc. de Appell. qv. 16. lim. 1. n. 89. Marches. de Commiss. Part. 1. p. 301. n. 89. qui contendunt, quod delegata alicui Judici causa a Principe cum hac clausula : *Appellatio Remota*, non intelligatur remota recusatio illius. Fundamentum autem sententiæ suæ quærunt in Cap. 47. X. de Appell. Verum in illo capitulo non dicitur, quod judex hoc casu ut suspectus recusari a partibus possit, sed quod appellari possit, si locus non tutus partibus assignetur, etiamsi sit scriptum *appellatio remota*. Apparet hoc partim ex verbis per-

APPELLAT. A PRINC. REMOTÆ 67

perspicuis capitulo ipfius, partim ex subjuncta specie facti. Igitur a loco non tuto ad judicem suspectum, non tuta hoc casu est conclusio. Dum enim Princeps cum tali potestate aliquem delegat, spemque ac fiduciam in hoc judice ponit, non apparet qua fronte recusari possit ut suspectus; si vero causæ justæ suspicio- nis adsint, tunc ad remedium supplicationis contu- giendum est, Principiique illæ exponendæ sunt. Cæte- rum si Princeps prævideat, quod Commissarium teme- re sint rejecturi, potest in rescripto combinare clausu- las, & cappellationem ac recusationem Judicis prohibe- re. conf. cap. II. §. 2. f.

§. XIII. Restat denique, ut effectum cappellationis remotæ intuituitu juris tertii perpendamus. Non ve- ro hoc rescriptum ejusque clausulam operari contra tertium, nec illum prohiberi appellari pro eo, quod suum interesse putaverit, integra legio Doctorum as- ferit, Baldus in Cap. super eo, not. 2. X. de Offic. deleg. Ma- ranta de Ordine Judic. tit. Et quandoque appell. n. 339. Lan- cellott. de Attent. cap. 12. ampl. 14. n. 8. Rebuff. tom. 1. ad LL. Gall. tit. de lit. oblig. art. 1. glos. 10. n. 10. Card. Tulch. Pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 400. n. 16. Graff. comm. opin. tom. 2. lib. 7. tit. 24. n. 29. Menoch. de arbit. Jud. Qu. lib. 1. qv. 9. n. 92. seqv. Martini in Process. Tit. X. §. 6. num. 29. Nec deest huic assertioni fundamentum in Cap. super eo. 15. X. de offic. Et pot. Jud. deleg. ubi Alexander III. P. R. ita rescribit: *Hoc tuam volumus discretionem tenere, quod licet questionem, que de presentatione vertitur cappellatione remo- ta committamus alicui terminandam, non tamen est nostra intentionis, Diæceseos Episcopo vel Archi Diacono prejudicium generare, si videntes juri suo detrahi duxerint cappellantum, quia*

non illis, sed partibus inter quas causa commissa est, appellationis remedium est sublatum. Quanquam vero hoc capitulum necessitatem Principi appellationem removentis haud imponat, eodem modo procedendi hoc casu erga tertium, maxime subditum suum; attamen, si tertius esset extraneus, æqua est dispositio capitulo, ne repressaliis ansa suppeditetur. conf. Hillig. ad Donell. lib. 28. c. 6. lit. X. Myns. 1. Obs. 3.

§. 14. Ultimus effectus Rescripti Principis appellationem removentis erit, ut postquam nec per beneficium supplicationis a victo aliquid obtentum sit, cesent omnia remedia suspensiva cuiuscunq; nominis sint. Evidem nonnulli Dd. quoties nullum remedium in foro supereft, unde victo consuli potest, solent confugere ad Denunciationem Evangelicam conf. Haerolt. tr. de Action. act. 66. num. Verum cum hæc Denunciatio nomine tantum Evangelica sit, revera autem papismum sapiat, & ex ambitione Cleri, hoc modo jurisdictionem secularem turbant ac deprimentis & omnia ad molendinum suum trahentis, (qui scopus totius Juris Canonici, quanti quanti sit, etiam est) profluxerit, merito ejus usus cessare debet in foris protestantium, & consequenter etiam quo ad præsentem materiam. Qvod vero inventum papale, & Papo-Cesariam sapiens institutum, sit Denunciatio Evangelica, patet vel ex sola ejus descriptione, quando juxta Cap. Novit ille. 13. X. de Judic. Et Can. si peccaverit. 19. Caus. II. qu. 1. dicitur remedium, quo actionibus & auxiliis juris civilis destitutus, Judici Ecclesiastico oblatu libello denunciat, ut peccatorem primo secreto,

to, deinde testibus adhibitis admonitum *Censura Ecclesiastica* compellat, cogatue ad seriam pœnitentiam agendam, atque ad rem restituendam. Enim vero jure civili sat remediorum proditum est, sua jura vindicandi, quæ si neglecta fuerint, aut succurrere denuncianti non possunt, valde obscurum aut imaginarium ejus jus sit, necesse est, ut adeo nihil referat Judicem Ecclesiasticum (personam, quæ in primitiva Ecclesia valde incognita erat) quid in negotiis civilibus agatur. Nec putatitia *censura ecclesiastica* (quæ hic etiam opus est ad exprimendam hypocriticam pœnitentiam) ex Matth. XVIII. 15. poterit, citra violentam explicationem, cum mansuetis principiis novi federis nullatenus congruentem, erui.

§. XV. Multo minus aliæ appellationes insolitæ hic locum sibi vindicare poterunt, v. c. provocatio ad *Vallem Josaphat*. Nam hæc, ut ipsum nomen indicat, erronea est, & nescio ex qua traditione papistica ad vulgus profluxit, dum credunt, supremum iudicium in Valle Josaphat, prope Hierosolymas institutum aliquando iri, Conf. Heringii *Pecul. tr. de provocat. ad Vallem Josaphat*. Igitur hæc provocatio eadem esse debet, quam si ad tribunal divinum dirigeretur. Quanquam vero non inficiari audeam omnia exempla, quæ hoc casu non sine effectu fuisse, a gravibus Autoribus asseritur, conf. Drexelii *tr. de Tribunal.*, qui allegatur a B. Brunnem. ad L. un. ff. a quib. appell. non lic. num. 9. Nihilominus tamen, si illæ provocationes ex levitate fiant, aut immoderato fervore, & ut ægre fiat Judici, adque ejus contemptum dirigantur, nullum est dubium, quod puniri possit temerarius ejusmodi

pro-

70. CAP. IV. DE EFFECTU APPELL. REMOTÆ.
provocans. Nec negari poterit , hunc rancorem
animi cum mansuetudine Christiana pugnare , licet
pœna immerita sustineatur.

§. XVI. Atque hæc sunt, quæ nobis , hanc satis
intricatam materiam meditantibus , in chartam con-
jicere placuit. Copiosius ac plenius pleraque elabo-
rari potissent, siquidem animus fuisset tractatum se-
cundum quatuor causarum genera consarcinandi ;
& cum saltem pro specimine quodam Academico
venditetur haec opella, vel nobis tacentibus facile qui-
libet ratio cinari poterit, quod in nullius juris quæsteti &
quærendi præjudicium vergere possit, nec ea intenti-
ōne conscripta fit, quod vix monere sustinuissemus, ni-
si moris esset, non imponere sine Epilogo,

Dissertationibus

F I N E M.



COROLLARIA.

I.

APPELLATIO a Cæsare vel Principe male informato, ad Cæsarem vel Principem melius informandum, peccat in reverentiam, Principibus ob summum charactarem divinitus impressum debitam; dum iplos quasi negligentiae incusat. Interim tamen si quis justitia causæ fretus sit, eamque liquido demonstrare possit, illi beneficium supplicationis ne hoc casu eripiendum erit.

II.

Temerarium est, & contrarium indoli christianismi, Principi Evangelico potestatem circa sacra, & inde etiam pendentem mutationem rerum Adiaphorarum circa cultum divinum externum, denegare. Laudanda potius est istius Principis moderatio, qui subditis suis potestatem liberam relinquit, an velint confessione auriculari, in primitiva Ecclesia incognita, uti, nec ne; interim tamen loco numī confessionarii idoneo falso Ministris Ecclesiæ prospicit ex propriis suis redditibus.

III.

Judæus Christiano Pupillo tutor datus a Magistratu, illud officium recusare haud valet, nec audiendus est a spreta recusatione appellans.

IV.

Princeps, ob superioritatem territorialem, aggrediandi jure plenisime fruitur circapœnam ob delicta subditorum sumendam.

V.

Confidenter cum Pufendorffio afferimus, quod in

invasus, non obstante periculo æternæ salutis invadentis, ipsum cum internectione possit rejicere, si non aliud medium evadendi sit.

VI.

Nulla idonea apparet ratio, cur afferendum sit, quod polygamia pugnet cum jure Naturæ & etiam Divino.

VII.

Posito, quod pactum Diabolo cum Magis intercedat, tamen propter nudum pactum, citra damnum illicitum, poena capitalis non est infligenda.

VIII.

Indicia Magiæ Diabolice, quæ, a concubitu cum Satana, saltationibus in Bructero monte a stigmatibus, torpore & carentia lacrymarum in tortura, a Dracone volante circa Inquisitæ caminum aliquando hærente, a transmutatione in lupos, feles &c. petuntur; partim simplicitatem & ignorantiam rerum physicarum produnt, una cum proba sagarum per aquam frigidam: partim in classe anilium fabularum primum locum merentur.

IX.

Opinio, qua locus Cœmiterii prope Ecclesiam honestior, vicissim locus prope murum vilior habetur, originem debet papismo, & consecrationi Ecclesiarum superstitione.

Halle, Diss., 1702 A - k



Sb.

VD18

10
DISSERTATIO JU
DE
**APPELLA
RESCRIPTO
CIPIS RE**
Quam
RECTORE MAGNIFIC
SERENISSIMO PRINCIP
DN. FRIDER. W
REGNI BORVSSICI, EI
ET PROVINCIARVM HE
IN ACADEMIA REGIA F
PRAESI
JACOBO BRUN
JURIUM LICENT. ET PROFESS.
D. May.. MDCCII.
Eruditorum disquisitio
CHRISTIANVS ANDR
Seehus. Palæo-Marc
HALÆ MAGDEBVR
Typis Ioannis Gruneri, A

Farbkarte #13

